IOANNIS MEVRSI

REGNUM ATTICVM.

Sive,

De Regibus Atheniensium, eorumque rebus gestis,

LIBRI III.



AMSTELODAMI,

Apud IOANNEM IANSONIUM,

Anno CIↃ IↃC XXXIII.

VIRO GENEROSO,

PALÆMONI

ROSEKRANTSIO,

KRENKERVPII

DOMINO,

ARCIS

NICOPIENSIS

PRÆFECTO REGIO,

LITERATORUM

PATRONO,

OBSERVANTIÆ

MAXIMÆ

MONVMENTVM

QVALECVNQVE

DICABAM

IOANNES MEURSIUS,

SORÆ DANORVM,

AD DIEM VII AVGVSTI,

CIↃ IↃC XXXII.

A 2

IOANNIS MEURSI

REGNUM ATTICUM.

Sive,

De Regibus Athenienſium,

LIBER I.

CAP. I.

Ogyges, ſive Ogygus, primus regum. Filius Neptuni, & Aliſtræ; vel, ut alii volunt, Termeræ: vel, Bœoti. Initio regnabat Thebis, quas & condidiſſe fertur; unde eæ etiam Ogygiæ dictæ: ut Bœotia item tota, atque urbis porta, Ogygia.

EX Athenienſium regibus primus omnium fertur Ogyges; ſive, Ogygus: nam utroque modo ſcribitur apud Auctores. Euſebius, Chron. lib. I. πρῶτος παρ' Ἀθηναίοις (βασιλεὺς) μνημονεύεται Ὤγυγος. *Primus apud Athenienſes (rex) memoratur Ogygus.* Etymologici Auctor. Ὤγυγος, ἀρχαῖος βασιλεὺς Ἀθηναίων. *Ogygus, antiquus rex Athenienſium.* Erat verò Neptuni filius, & Aliſtræ. Iſacius Tzetzes, ad Lycophronem. ὁ δὲ Ὤγυγος, υἱὸς ἦν Ποσειδῶνος, καὶ Ἀλίστρας. *Ogygus verò, filius Neptuni erat, & Aliſtræ.* Stephanus, filium Termeræ dicit. Ὠγυγία λέγεται δὲ ἡ Βοιωτία, καὶ ἡ Θήβη· ἀπὸ Ὠγύγου, υἱοῦ Τερμέρας. *Ogygia dicitur etiam Bœotia, & Thebe: ab Ogygo, Termeræ filio.* Scholiaſtes Apollonii, ex Corinnâ, filium Bœoti tradit,

lib. III. Ὠγυγίας δὲ τὰς Θήβας, ἀπὸ Ὠγύγου, τοῦ βασιλεύσαντος αὐτῶν. Κόριννα δὲ, τὸν Ὤγυγον Βοιωτοῦ υἱὸν εἶπεν. *Ogygias autem Thebas, ab earum rege Ogygo. Corinna verò tradit, Ogygum Bœoti filium esse.* Ac initio ille quidem regnum Thebanorum tenuit. Vides in citatis verbis Scholiastæ Apollonii: aliique item docent. Servius, ad Eclog. VI. *Quo tempore Saturnus regnavit in terris, non fuit diluvium: sed sub Ogyge, rege Thebanorum.* Lutatius, ad Statii Theb. I. *Ogyges, ut Varro dicit, in libris De Vitâ populi Romani, rex fuit Thebanorum.* Quin & ipse Thebas condidit. Varro De R. R. lib. III. cap. I. *Vetustissimum oppidum cùm sit traditum Græcum, Bœotiæ Thebæ, quod rex Ogyges ædificârit.* Festus. *Ogygia mœnia Attius in Diomede appellans, significat Thebas: quia eam urbem Ogygus condidisse traditur.* Itaque Poëtis Thebæ, ab hoc rege, & conditore, Ogygiæ cognominantur: quod Pausanias etiam dicit, in Bœoticis. Γῆν δὲ τὴν Θηβαΐδα, οἰκῆσαι πρῶτον λέγουσι τοὺς Ἕκτηνας· βασιλέα δὲ εἶναι τῶν Ἑκτήνων ἄνδρα αὐτόχθονα, Ὤγυγον. καὶ ἀπὸ τούτου τοῖς πολλοῖς τῶν ποιητῶν ἐπίκλησις ἐς τὰς Θήβας ἐστὶν, Ὠγυγίαι. *Terram verò Thebanam, priùs habitasse ferunt Ectenas; atque eorum regem fuisse virum indigenam, Ogygum: à quo multi poëtarum Thebas cognomento Ogygias dicunt.* Immò *Bœotia* universa Ogygia dicta: teste Strabone, lib. IX. Ἡνίκα τῆς Βοιωτίας ὑπῆρξε, καλουμένης τότε Ὠγυγίας. *Cùm Bœotiæ præesset, tunc Ogygiæ appellatæ.* Sed de Thebis, porrò etiam videamus: & Poëtas in hanc rem nunc producamus. Æschylus, Persis.

Ὅ, τε τῆς ἱερᾶς Μέμφιδος ἄρχων,
Μέγας Ἀρσάμης, τάς τ' Ὠγυγίας
Θήβας ἐφέπων Ἀριόμαρδος:
Et sacræ Memphidos princeps,
Magnus Arsames: & Ogygias
Thebas incolens Ariomardus.

Apollo-

Apollonius, Argonautic. lib. III.

——ὃν Ὠγυγίῃ ἐνὶ Θήβῃ
Κάδμος, ὅτ' Εὐρώπην διζήμενος εἰσαφίκανε,
Πέφνεν. ——

——*quem Ogygiis Thebis*
Cadmus, cùm Europam quærens accessisset,
Interfecit. ——

Ad quem locum Scholiastes. Ὠγυγίας δὲ Θήβας, ἀπὸ Ὠγύγου, τοῦ βασιλεύσαντος αὐτῶν. *Ogygias verò Thebas, ab Ogygo, earum rege.* Sophocles, Oed. Col.

—— Θήβας δ' ἡμᾶς
Τὰς Ὠγυγίους πέμψον. ——

—— *Thebas verò nos*
Ogygias mitte. ——

Cornelius Severus, in Ætnâ.

Nunc juvat Ogygiis circumdata mœnia Thebis
Cernere. ——

Et Thebani quoque Ogygii appellantur, apud Statium, Theb. I.

——*hancne Ogygiis, ait, aspera rebus*
Fata referre vicem? ——

Et lib. V.

——*Ogygii jussis quando omnis anhelat*
Terra dei. ——

Ac rursum lib. VII.

—— *Ogygio sat erit Tritonia bello.*

Lucanus, lib. I.

Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo.

Quin & urbis porta quædam, Ogygia appellabatur. Pausanias, in Bœoticis, ubi Thebarum portas refert. Τὰς δὲ ἐπὶ ταύταις πύλας, ὀνομάζουσιν Ὠγυγίας. *Præter eas portas, est quæ Ogygia nominatur.* Lutatius, ad Statii Theb. VII. *Vna (Thebarum) porta ex septem, Ogygia nuncupatur.* Euripides, Phœnissis.

Ὠγύ-

Ω᾽γύγια δ᾽ εἰς πυλώμαθ᾽ Ἱππομέδων ἄναξ
Ἔστη. ——
Ogygiam verò ad portam Hippomedon rex
Stetit. ——

Meminere item, Apollodorus, lib. III. Etymologici Auctor; Hyginus, Fab. LXIX. Et Scholiastes Apollonii, lib. III.

CAP. II.

Etiam antiqua omnia, item magna, Ogygia dicta: idque primùm à Thebanis, inde cæteris etiam Græcis. Hesiodi locus explicatus. Styx, deorum magnum juramentum: atque id obiter indicatum. In Nicetæ quoque loco explicando, error viri docti ostensus: quod in Pindaro item factum, quem interpretes non ceperunt. Scholiastæ Hesiodi hallucinatio. Ogenius, etiam, & Ogenides, pro antiquo. Ogenus, Ogen, idem qui Oceanus.

TUm antiqua quoque cuncta, Ogygia dicta. Hesychius. Ω᾽γύγια, ἀρχαῖα. *Ogygia, antiqua.* Iterum. Ω᾽γυγίου, παλαιοῦ, ἀρχαίου. *Ogygii, antiqui, veteris.* Eodem modo interpretantur, Etymologici Auctor, Suidas, Eustathius ad Dionysium, & Homeri Odyss. lib. I. Et sic utitur Dionysius Alexandrinus, in suâ Periegesi.

Ἧχι καὶ Ω᾽γύγιος μηκύνεται ὕδασι Λάδων.
Vbi etiam antiquus porrigitur aquis Ladon.

Item.

—— Ω᾽γυγίη Θάσος, Δημήτερος ἀκτή.
—— *antiqua Thasus, Cereris sedes.*

Nicander in Theriacis.

Ω᾽γύγιος δ᾽ ἄρα μῦθος ἐν αἰζηοῖσι φορεῖται.
Vetus autem fabula inter juvenes fertur.

Ad

Ad quem locum Scholiastes. Ὠγύγιος, ἀπὸ Ὠγύγου τινὸς ὅς ἐστιν ἀρχαῖος, καὶ παλαιός. *Ogygius, vetus, ab Ogygo quodam: qui est antiquus, & vetus.* Philo Iudæus, de sacrificio Abelis, & Caini. Παλαιαῖς, καὶ ὠγυγίαις, ἐντρέφεσθαι δόξαις. *Antiquis, & vetustis, opinionibus innutriri.* Et, φάτις ὠγυγίη, *Fama antiqua:* apud Gregorium Nazianzenum, in Carminibus. Initium id autem sumpsit à Thebanis: & ab his in cæteros Græcos dictum illud dimanavit. Observo apud Lutatium, ad Theb. lib. 1. *Thebani antiquas res Ogygias nominabant.* Atque, uti, ab antiquitate ejus, vetera quæcunque Ogygia appellabant; ita quoque, à potentiæ illo tempore magnitudine, magna omnia. Hesychius. Ὠγυγίου, παλαιοῦ, ἀρχαίου, μεγάλου πάνυ. *Ogygii, antiqui, veteris, magni admodum.* Suidas. Ὠγύγιον, ἀρχαῖον, παλαιὸν, ἢ ὑπερμέγεθες. *Ogygium, vetus, antiquum, aut prægrande.* Atque sic interpretor apud Hesiodum, in Theogoniâ.

Τοῖον ἄρ' ὅρκον ἔθεντο θεοὶ Στυγὸς ἄφθιτον ὕδωρ
Ὠγύγιον. ——

Tale itaque juramentum posuere dii Stygis perennem aquam
Magnum. ——

Ita enim malim eo loco accipere; & Ὠγύγιον, referre ad ὅρκον: quàm ad Στυγὸς ὕδωρ. nam veteres deorum magnum jusjurandum dicebant Stygem. Ipse ille, in Theogoniâ eâdem, ubi loquitur de Styge.

Αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον.

Ipsam enim statuit deorum magnum esse juramentum.

Vide quæ in hanc rem plura ante hos triginta annos ad Lycophronem annotavi. Ac pro magno, utitur quoq; ea voce Philo, eo libro, quem inscripsit, *Quod deus sit immutabilis.* Ἀστείους μὲν λόγους, ἐπαινετὰς δὲ πράξεις, ὠγύ-

γιὸς ἐλήθεια παρέρχεσθαι. *Sermones quidem civiles, ac laudabiles actiones, præterire, ingens væcordia est.* Nicetas Choniates, De imperio Isacii Angeli, lib. 1: ubi de urbe Pristhlaba agit, quæ potissimam Hæmi partem magnitudine suâ occupabat. Πόλις δ᾽ αὕτη ὠγυγία, ἐκ πλίνθου πᾶσα ὀπτῆς, καὶ πλείστην ὅσην ἐπὶ τὸν Αἷμον τὴν περίμετρον ἔχουσα. *Vrbs ea ingens est, tota lateritia, & maximum Hæmi spatium complexa.* Non rectè interpres eruditus, *Vrbs ea Ogygia est.* Quasi ea anteà Ogygia fuisset dicta. Pindarus, Nemeonis. Od. VI.

——— Φλιοῦντος ὑπ᾽ ὠ-
γυγίοις ὄρεσιν.

——— *Phliuntis sub mag-
nis montibus.* ———

Ita enim etiam hîc interpretandum esse censeo; non, *vetustis:* uti Scholiastes Græcus, & cum eo Interpretes recentiores universi, Lonicerus, Portus, Schmidius. Quippe montes apud Auctores non à vetustate solent, sed à magnitudine sua, prædicari. Sic Ὠγύγια etiam κακὰ, potiùs, *Ingentia mala*, quàm *Antiqua*, exposuerim: contra Suidam, & Appendicis Vaticanæ Proverbiorum ignotum Auctorem. Et Ὠγύγιον item ἄνθρωπον, Heliodorus *hominem staturæ ingentis* appellavit. Neque possum tacitus hîc præterire, quod Hesiodi Scholiastes nobis dicit, ad citatam paullò ante Theogoniam, Ogygum deorum regem exstitisse: atque inde magna quoq; Ogygia dici: Ὠγύγιον, τὸ παλαιὸν ἀπὸ Ὠγύγου, τοῦ βασιλεύσαντος πρῶτον τῶν θεῶν. δύναται δὲ ἐκ τούτου καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου τίθεσθαι. *Ogygium, antiquum; ab Ogygo, qui primùm rex deorum fuit: potestque inde etiam pro magno poni.* Certè, aut legendum hîc, τοῦ βασιλεύσαντος πρῶτον τῶν Θηβῶν· *qui primùm rex Thebarum fuit:* aut memoria lapsus Scholiastes

liastes fuerit; qui, Ogenum cùm in animo haberet, Ogygum dixit. Nàm Ogenum veterem deum, sunt qui tradant; unde Ὠγενίδης, *Vetus*: & Ὠγένιος. Stephanus. Ὤγενος, ἀρχαῖος θεός· ὅθεν Ὠγενίδαι, καὶ Ὠγένιοι, ἀρχαῖοι. *Ogenus, deus antiquus: unde Ogenidæ, & Ogenii, antiqui.* Suidas. Ὠγενίδαι, ἀρχαῖοι. *Ogenidæ, antiqui*. Est verò Ogenus, sive Ogen, idem qui Oceanus aliis nuncupatur; Cæli, & Telluris, filius: ut Mythologi veteres tradunt. Qui cùm inter antiquissimos deorum censeatur, non immeritò, quæ antiqua, Ogenia dicta. Accipio ex doctissimi Grammaticorum Hesychii Glossis: quæ sic habent. Ὠγενίδαι, Ὠκεανίδαι· Ὠγὴν γὰρ, Ὠκεανός. *Ogenidæ, Oceanidæ: Ogen enim, est Oceanus.* Iterum. Ὠγένιον, παλαιόν· καὶ, ὄρος τι. Ὠγὴν, Ὠκεανός. *Ogenium, vetus; &, mons quidam. Ogen, Oceanus.* Et hoc obiter indicandum existimavi.

Cap. III.

Vt Ægyptus, Bœotia, Lycia, ita Attica appellata est Ogygia: antè Acte nominata, duplicem ob rationem. Theophili locus variè interpolatus: & lacuna in eodem indicata. Marianus quoque Scotus emendatur: ut & Isaacius Tzetzes, ac Valerius Flaccus.

PORrò ab Ogygo etiam Attica dicta Ogygia. Stephanus, in Ὠγυγία. Ἐλέγετο καὶ ἡ Ἀττικὴ πᾶσα Ὠγυγία· ὡς Χάραξ φησὶν, ἐν τοῖς Χρονικοῖς. *Dicebatur etiam Attica tota Ogygia: ut Charax ait, in Chronicis.* Etiam Ægyptus, Bœotia, & Lycia. Videatur idem Stephanus, in Αἴγυπτος, Βοιωτία, & Ὠγυγία. Priùs verò, quàm ab hoc Ogygia ea diceretur, Acte appellata fuit. Eusebius. Ὤγυγος ἐν

 Ἀκτῇ,

Ἀκτῃ, τῇ νῦν Ἀττικῇ, ἐβασίλευσεν. *Ogygus in Actâ, quæ nunc Attica est, regnavit.* Insignis est Theophili in hanc rem locus, sed insigniter corruptus, ad Autolycum, lib III. Καὶ γὰρ Βήλου, τοῦ Ἀσσυρίων βασιλεύσαντος, καὶ Κρόνου τοῦ Τιτᾶνος, Θάλλος μέμνηται· φάσκων, τὸν Βῆλον πεπολεμηκέναι σὺν τοῖς Τιτᾶσι πρὸς τὸν Δία, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ θεοὺς λεγομένους, ἔνθα, φησὶ, καὶ ὁ Γύγος ἡττηθεὶς ἔφυγεν εἰς Ταρτησσόν· τότε μὲν τῆς χώρας ἐκείνης Ἀκτῆς κληθείσης, νῦν δὲ Ἀττικῆς προσαγορευομένης, ἧς ὁ Γύγος τότε ἦρξε. *Etenim Beli, Assyriorum regis, & Saturni Titanis, meminit Thallus; dicens, bellum gessisse cum Titanibus contra Iovem, ac juvantes ipsum deos, quos vocabant. Vbi, ait, victus Gygus fugâ petiit Tartessum; cùm tunc Acte ea regio, quæ nunc Attica, diceretur, atque illic regnum Gygus obtineret.* In quibus verbis plura nobis expendenda. Etenim primùm, pro Γύγος, ibi est scribendum Γύγης. Ita est apud Hesiodum, in Theogonia; Horatium, lib. II. Od. XVII; & lib. III. Od. IV; Etymologici Auctorem, in Τριτοπάτορες; Scholiasten Hesiodi, in citatam Theogoniam; & Apollonii, lib. I: tum Palæphatum, De Incredib. Hist. Videantque viri docti, an ex tot Auctorum locis unus potiùs emendari debeat Apollodorus, apud quem hic Γύας dicitur, quod non rectè sanè statuunt: anne verò tot Auctores ex Apollodoro solo? Verùm hoc non magnæ rei est: ac nunc alia persequamur: Pro ἐπηθεὶς, scribo ἡττηθείς. Sed Tartessum, Hispaniæ urbem, apud quam Titanum pugnam accidisse tradit etiam Justinus, lib. XLIV, quis Auctorum antiquorum unquam in Attica memoravit? Certè, si quid ego judico, neque hoc Theophilus dixit, Scriptor eruditione tam insigni; quin existimo, mutilatum esse locum, & narrationem illic aliam quandam excidisse: itaque defectus notas asteriscos sic appono. καὶ ὁ Γύγης ἡττηθεὶς, ἔφυγεν

ἔφυγεν εἰς Ταρτησσόν. ***. τότε μὲν τῆς χώρας ἐκείνης Ἄκτης κληθείσης. *Et victus Gyges fugâ petiit Tartessum.* ***. *cum tunc Acte ea regio diceretur.* Sequebatur, præter alia, de temporibus, quæ Titanum consequuta pugnam erant, regionum, urbiumque appellationes quædam, unde hæ deductæ essent: quod apparet ex sequentibus statim verbis. Καὶ τὰς λοιπὰς δὲ χώρας, καὶ πόλεις, ἀφ' ὧν τὰς προσωνυμίας ἔχον, οὐκ ἀναγκαῖον ἡγούμεθα καταλέγειν, μάλιστα πρὸς σὲ, τὸν ἐπιστάμενον τὰς ἱστορίας. *Ac reliquas quidem regiones, atque urbes, unde nomen suum acceperint, equidem non necessarium esse puto recensere: tibi maximè, qui historiarum gnarus.* Itaque lacuna est, & non exigua. Denique postrema verba sic emendo. ἧς Ὤγυγος τότε ἦρξε. *atque ibi regnum Ogygus obtineret.* Nam, ut clarè sat ostendam, Attica sub rege Ogygo, & non Gygo, cujus nominis inter reges Athenienses nullus fuit, Acte dicta: & Ogygiam ille à se appellavit. Porrò, Atticam primitus Acten appellatam, testis nobis etiam Apollodorus, ubi de Ogygi successore, Cecrope I, verba facit. Καὶ τὴν γῆν, πρότερον λεγομένην Ἀκτὴν, ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν ὠνόμασεν. *Ac terram, anteà Acten dictam, Cecropiam à suo nomine appellavit.* Menander Rhetor, cap. Πῶς δεῖ ἀπὸ γένους πόλιν ἐγκωμιάζειν. Τὴν γὰρ αὐτὴν πόλιν, ἢ χώραν, ποτὲ μὲν Καρθμίαν, ποτὲ δὲ Κεκροπίαν, ποτὲ δὲ Ἀκτὴν, ποτὲ δὲ Ἀττικὴν, ποτὲ δὲ Ἀθήνας κεκλήκασι. *Eandem enim urbem, aut regionẽ, aliquando Carthmiam, aliquando Cecropiã, aliquando Acten, aliquando Atticam, aliquando verò Athenas nominârunt.* Freculphus, Chron. Tom. I. l. II. c. VII. *Cecrops, qui &* Διφυὴς, *in Actâ, quæ nunc Attica vocatur, regnavit.* Plinius, l. IV. c. VII. *Ab Isthmi angustiis Hellas incipit, nostris Græcia appellata. In eâ prima Attica, antiquitus Acte vocata.* Videndus etiam Solinus, cap. XIII. Emendandus Mariani Scoti locus,

Chronic. lib. I. *Ogygus in Atticâ Eleusinem condidit, quæ antiquitus vocabatur Acte.* Non rectè vulgatur hodie: *quæ antiquitus vocabatur Atte.* Rationem ejus nominis reddit Strabo, in descriptione Atticæ; quia littoralis esset maximam partem, atque ad mare adjaceret: quippe littus, uti notum, Græcis Ἀκτὴ appellatur. Verba Strabonis, ita habent, lib. IX. Καὶ Ἀκτὴν φασὶ λεχθῆναι τὸ παλαιὸν, τὴν νῦν Ἀττικὴν παρωνομασθεῖσαν, ὅτι τοῖς ὄρεσιν ὑποπέπτωκε τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς, ἀλιτενές. *Et Acten ajunt olim dictam, quæ nunc Attica nominatur, quia montibus pars illius multò maxima, juxta mare se extendens.* Stephanus, in Ἀκτη, nominis eandem causam ex Apollodoro ponit: aliamque item addit, nempe ab Actæo rege. Vide illic, si est tanti. Sanè antiquo Actes nomine vocat eam Lycophron noster, in Cassandra, isto versu.

Ἀκτῆς, διμόρφου γηγενοῦς σκηπτουχίας.

Actes, quæ biformis terrigenæ regnum est.

Ubi Isacius Tzetzes. Ἀκτη λέγεται αἱ Ἀθῆναι, ὅτι Ἀκτεὺς αὐτῆς ἐβασίλευσεν· ἤ, ὅτι ἀκτή ἐστι, τουτέστι περιβεβλημένη, καὶ κειμένη τὸ πλεῖστον μέρος εἰς θάλασσαν. *Acte dicitur urbs Athenarum, quia ibi regnavit Acteus: vel, quod littus sit, sive projecta assitaque majorem partem ad mare.* Sed scribendum; ὅτι Ἀκταῖος αὐτῆς ἐβασίλευσεν. *quod Actæus ibi regnavit.* Nam Actæus, & non Acteus, ille rex appellabatur: ut sequenti capite dicam. Ac posteà Actæonem dicit, in citandis statim verbis. Atque à vocabulo Actes, Attici apud Poëtas sæpe Actæi nominantur. Ovidius, Metamorph. lib. I.

Separat Ionios Actæis Phocis ab arvis.

Statius, Sylv. IV. Carm. VIII.

Tuque Actæa Ceres, cursu cui semper anhelo
Votivam taciti quassamus lampada mystæ.

Clau-

Claudianus, De raptu Proserpinæ, lib. III.

Et juga cærulei subeunt Actæa dracones.

Ac corrigendus Valerius Flaccus, Argonaut. lib. I.

Proximus huic Butes Actæis dives ab oris.

Malè editur: *Attæis dives ab oris.* Lycophron, in Cassandra.

——ἣ μόνη ζυγὸν
Δοῦλον ἀμφήρειστον Ἀκταίων λύκοι.
——*cui soli jugum*
Servile imposuerunt Actæorum lupi.

Vbi Isacius. Ἀκταίων λύκοι. οἱ τῶν Ἀθηνῶν ἅρπαγες, καὶ πορθηταί. λέγει δὲ τοὺς Διοσκούρους. Ἀκτὴ δὲ ἐκαλεῖτο, ἢ ἀπὸ Ἀκταίωνος βασιλέως, ἢ, ὅτι πλεῖστον μέρος τῆς Ἀττικῆς ἀκτὴ, ἤτοι παραθαλάσσιόν ἐστι. *Actæorum lupi. Athenarum prædones, ac vastatores. intelligit autem Dioscuros. Acte verò Attica appellabatur, ab Actæone rege: vel, quod potissima Atticæ pars sit littus sive mari adjacens.*

Cap. IV.

Minervæ ad Tritonium lacum apparitio: eaque de re variæ veterum sententiæ indicatæ. Triton, Minervæ educator; aut, ut alii, Alalcomenes: sive & Alalcomenia, Ogygi filia.

EJus tempore Minerva conspecta fuit, ad lacum Tritonidem. Augustinus, De Civit. Dei, lib. XVIII. cap. VIII. *Minerva verò, longè his antiquior. Nam temporibus Ogygi ad lacum, qui Tritonis dicitur, virginali fertur apparuisse ætate.* Eusebius, in Chron. Can. Ὤγυγος ἐν Ἀκτῇ, τῇ νῦν Ἀττικῇ, ἐβασίλευσεν· ὅτε παρθένος, φανεῖσα παρὰ τῇ Τριτωνίδι λίμνῃ, Ἀθηνᾶ παρ' Ἕλλησιν ὠνομάσθη. *Ogygus,*

in Actâ, quæ nunc Attica, regnavit: cùm virgo, quæ ad lacum Tritonidem apparuit, Minerva à Græcis appellata est. Hieronymus. *Cujus (Ogygi) temporibus apud lacum Tritonidem virgo apparuit, quam Græci Minervam nuncuparunt.* Otho Frisingensis, lib. I. cap. XIII. *Minerva tunc* (agit de tempore hujus Ogygi,) *ad lacum Tritonis in virginali ætate apparuisse dicitur, unde Tritonia vocatur.* Petrus Trecensis, *cognomento* Comestor dictus, Hist. Schol. lib. I. cap. LXXVI. de eodem tempore loquens. *Tunc etiam apud lacum Tritonidem virgo apparuit, quam Græci Minervam dixerunt.* Idem tradunt Ivo, in Chronico; Marianus Scotus, lib. I; Abbas Vrspergensis, in Chronico: & Gotfridus Viterbiensis, Chronici Parte IV. Nempe hoc ipsum est, quod Minervam ibi natam, & educatam, alii tradunt. Atque, ut de Tritone omnes idem dicunt, sic dissentiunt de loco: & sunt, qui adscribant Libyæ. In his Lucanus, lib. IX.

Torpentem Tritonis adit illæsa paludem.
Hanc, ut fama, deus, quem toto littore pontus
Audit, ventosa perflantem littora concha,
Hanc & Pallas amat: patrio quæ vertice nata,
Terrarum primam Libyen (nam proxima cælo est,
Vt probat ipse calor,) tetigit: stagnique quieta,
Vultus vidit aqua, posuitque in margine plantas,
Et se dilectâ Tritonida dixit ab undâ.

Scholiastes Pindari, Pyth. Od IV. Τρίτων, ποταμὸς Λιβύης, ἐν ᾧ ἡ Ἀθηνᾶ ἐγεννήθη. ἀφ' οὗ καὶ Τριτογένεια ὀνομάζεται. *Triton, fluvius Libyæ, in quo nata est Minerva: unde & Tritogenia appellatur.* Et Apollonii, lib. I. Τρίτωνες τρεῖς, Βοιωτίας, Θεσσαλίας, Λιβύης. ἐν ᾗ τῷ κατὰ Λιβύην, ἐτέχθη ἡ Ἀθηνᾶ. *Tritones tres sunt; Bœotiæ, Thessaliæ, Libyæ: in Libyæ verò, nata est Minerva.* Ac, in Libyâ natam Minervam-

vam, etiam est observare apud Herodotum, lib. iv. De Bœotiâ, tradit Pausanias, in Bœoticis. Ρεῖ δὲ καὶ ποταμὸς ἐνταῦθα οὐ μέγας χείμαῤῥος· ὀνομάζουσι δὲ Τρίτωνα αὐτὸν, ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν τραφῆναι παρὰ ποταμῷ Τρίτωνι ἔχει λόγος· ὡς δὴ τοῦτον τὸν Τρίτωνα ὄντα, καὶ οὐχὶ τὸν Λιβύων. *Hâc torrens præterlabitur non magnus, quem Tritonem vocant, quod Minervam ad Tritonem amnem educatam vulgo proditum est: quasi hic ille Triton sit, non Libyum.* Utramq; hanc sententiam ponit Scholiastes Apollonii, lib. iv. Τρίτων, πόλις Λιβύης· ἔστι δὲ καὶ Βοιωτίας. δοκεῖ δὲ ἡ Ἀθηνᾶ παρὰ θατέρα αὐτῶν γεγενῆσθαι. ἀφ' οὗ καὶ Τριτογένεια λέγεται. *Triton, urbs Libyæ. est autem & Bœotiæ. ac videtur Minerva apud alterutram nata esse: unde etiam Tritogenia nominatur.* Verùm etiam, præter Lybias, ac Bœotos, incunabula hujus deæ Arcades sibi vendicabant: apud Alipherenses eam natam esse memorantes. Pausanias, in Arcadicis. Ἀλιφηρεῦσι δὲ τὸ μὲν ὄνομα τῇ πόλει γέγονεν ἀπὸ Ἀλιφήρου, Λυκάονος παιδός. ἱερὰ δὲ Ἀσκληπιοῦ τέ ἐστι καὶ Ἀθηνᾶς· ἣν θεῶν σέβονται μάλιστα· γενέσθαι, καὶ τραφῆναι, παρὰ σφίσιν αὐτὴν λέγοντες· καὶ Διός τε ἱδρύσαντο Λεχεάτου βωμὸν, ἅτε ἐνταῦθα τὴν Ἀθηνᾶν τεκόντος. καὶ κρήνην καλοῦσι Τριτωνίδα, τὸν ἐπὶ τῷ ποταμῷ Τρίτωνι οἰκειούμενοι λόγον. *Alipherensium verò urbi nomen datum ab Aliphero, Lycaonis filio. Fana verò illis sunt, Aesculapii, & Minervæ: quam è diis maximè colunt; natam eam apud se, & educatam, prædicantes. quin & Iovis Lecheatæ aram ibi dedicârunt, quod Minervam illic loci peperisset. Fontem item Tritonidem vocant: sibi ea vendicantes, quæ de fluvio Tritone memorantur.* Simplicissimè omnium Apollodorus, lib. i. Ὡς δὲ ὁ τῆς γενέσεως ἐνέστη χρόνος, πλήξαντος αὐτοῦ (τοῦ Διὸς) τὴν κεφαλὴν πελέκει Προμηθέως, ἢ, καθάπερ ἄλλοι λέγουσι, καὶ τοῦ Ἡφαίστου, ἐκ κορυφῆς ἐπὶ ποταμοῦ Τρίτωνος Ἀθηνᾶ σὺν ὅπλοις ἀνέθορε. *Cum in-*

staret

staret verò tempus nativitatis , & Prometheus , vel Vulcanus , sicut alii sunt auctores , caput ejus (Iovis) securi percussisset , ex ejus vertice juxta fluvium Tritonem Pallas armata exilivit. Alii , Tritonem etiam virum faciunt , cui filia erat Pallas. Ecce tibi apud eundem Apollodorum , libro tertio. Φασὶ γεννηθεῖσαν τὴν Ἀθηνᾶν , παρὰ Τρίτωνι τραφέσθαι, ᾧ θυγάτηρ ἦν Παλλάς. *Ajunt, natam esse Minervam & educatam apud Tritonem, cui filia Pallas erat.* Quidam & nutricem illic deæ tradunt unam filiarum Ogygi , nomine Alalcomeniam : quanquam alii virum indigenam , Alalcomenem , educasse eam ferant. Pausanias , Bœoticis. Ἀλαλκομεναὶ δὲ, κώμη μέν ἐστιν οὐ μεγάλη. γενέσθαι δὲ αὐτῇ τὸ ὄνομα μὲν ἀπὸ Ἀλαλκομένους , ἀνδρὸς αὐτόχθονος· ὑπὸ τούτου δὲ , Ἀθηνᾶν τραφῆναι λέγουσιν. οἱ δὲ , εἶναι καὶ τὴν Ἀλαλκομενίαν τῶν Ὠγύγου θυγατέρων φασίν. *Alalcomenæ verò , vicus est non magnus. loco nomen datum ferunt ab Alalcomene , viro indigenâ , à quo fuerit Minerva educata: alii verò , Alalcomeniam, unam filiarum Ogygi , esse dicunt.*

CAP. V.

Condit Eleusinem , & alias vrbes ; etsi quidam Eleusinem innovasse tantùm tradant : quæ ab Eleusine dicta , sicuti nonnulli volunt , ejus filio. Ejus temporibus Moses fuit ; & diluvium , quod Ogygium appellatum : è quo sospes ipse evasit, quanquam alii periisse eo tradant , anno regni tricesimo secundo. Vxor illi Thebe fuit ; Iovis, & Iodamæ , filia : filii Cadmus , & Eleusis: filiæ

filiæ verò, Alalcomenia, Thelxinea, Aulis; quæ vocatæ Πραξιδίκαι*: unaque earum, nupta Tremilo. Earum templum, apud Haliartios: & in eo jusjurandum. Eximiè verò* Πραξιδίκη *dicta Alalcomenia, Minervæ nutrix; finem dictis, atque factis, imponere credita: cui ideo signum positum à Menelao, captâ Troiâ, domum reduce. Simulacra illi dedicata, quæ haberent tantum caput: & capita item victimarum immolata. Hesychii locus emendatus. Ejus quoque sacra. Ogygus etiam quidam alius, rex postremus Achæorum.*

Condidit quoque Eleusinem, aliasque urbes quasdam. Hieronymus, in Eusebiano Chronico, libro secundo. *Ogyges in Attica Eleusinam urbem condidit, & alias plurimas civitates.* Abbas Vrspergensis. *Tunc Ogyges condidit Eleusinam in Attica provincia, quæ antiquitus vocabatur Acta, & alias civitates plurimas.* Atque Eleusinis quidem conditorem, alii item plures tradunt. Africanus, cujus optimum fragmentum, è libro tertio Chronologiarum, exstat apud Eusebium, De Præparatione Euang. libro decimo. Ἀπὸ τῆς πεντηκοστῆς καὶ πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Ὤγυγον, ὃς ἔκτιζεν Ἐλευσῖνα. *Ab Olympiade quinquagesima quinta, ad Ogygum, qui Eleusinem condidit.* Orosius, libro primo, capite septimo. *Ogygi, qui tunc Eleusinæ conditor & rex erat, temporibus.* Otho Frisingensis, libro primo, capite decimo tertio. *Sævum in Achaia, Ogygi, Eleusinæ conditoris, ac regis, fuit temporibus*

 diluvium.

diluvium. Petrus Comestor innovatam tantùm dicit, anteà Acten vocatam. Verba ejus ita habent, Histor. Schol. lib. I. cap. LXXVI. *Sub Ogyge rege, qui urbem, quæ vocabatur Actà, innovans, Eleusim vocavit.* Pausanias, de conditore urbis verbum nullum faciens, nominatam esse dicit ab Eleusine: quem Mercurii, & Daïræ, cùm nonnulli filium dicerent, alii rursum Ogygi commemorabant. Locus iste est in Atticis, ubi de Eleusiniis agit. Ἐλευσῖνα ἥρωα, ἀφ᾽ οὗ τὴν πόλιν ὀνομάζουσιν, οἱ μὲν Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι, καὶ Δαείρας, Ὠκεανοῦ θυγατρὸς, λέγουσιν· τοῖς δέ ἐστι πεποιημένα, Ὤγυγον εἶναι πατέρα. *Eleusinem verò heroëm, à quo urbem nominant, hi quidem Mercurii filium, & Dairæ, Oceani filiæ, esse dicunt: alii tradunt, patrem Ogygum existere.* Hujus temporibus Mosen exstitisse tradunt. Justinus Martyr, Orat. ad Gentiles. Ἐν γὰρ τοῖς χρόνοις Ὠγύγου τε καὶ Ἰνάχου, οὓς καὶ γηγενεῖς τινὲς τῶν παρ᾽ ὑμῖν εἰλήφασι γεγενῆσθαι, Μωϋσέως μέμνηνται, ὡς ἡγεμόνος τε καὶ ἄρχοντος τοῦ τῶν Ἰουδαίων γένους. *Nam circa Ogygi & Inachi tempora, quos nonnulli è vestris terrigenas esse existimarunt, Moysis meminerunt, tanquam ducis, & principis, Iudaicæ gentis.* Idem tradit Africanus, apud Eusebium, Chron. lib. I. & De Præp. Euang. lib. x: aliique item Auctores. Verùm tamen alii posteriorem eum volunt. Sub hoc accidit diluvium apud Auctores celebratum. Varro, De Re Rustica libro tertio. cap. I. *Thebæ, quæ ante κατακλυσμὸν Ogygi conditæ dicuntur.* Servius, in Eclog. VI. *Quo tempore Saturnus regnavit in terris, non fuit diluvium; sed sub Ogyge, rege Thebanorum.* Tatianus, Contra Græcos. Μνημονεύεται παρ᾽ Ἀθηναίοις Ὤγυγος, ἐφ᾽ οὗ κατακλυσμὸς ὁ πρῶτος. *Memoratur apud Athenienses Ogygus, sub quo primùm diluvium fuit.* Cedrenus. Δύο κατακλυσμοὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα γῆν διαβεβοημένοι γεγόνασι. πρῶτος μὲν, ἐπὶ Ὠγύγου, ἐν τῇ Ἀττικῇ. *Duo in terra*

terra Gracia celebria diluvia fuerunt. Primum quidem, tempore Ogygi, in Attica. Meminit item ejus Nonnus, Dionys. lib. III.

Πρώτου γὰρ κελάδοντος ἐπειρήθη νιφετοῖο
Ὤγυγος, ἠλιβάτοιο δι' ὕδατος αἰθέρα πέμπων·
χθὼν ὅτε κεύθετο πᾶσα καταρρύτος. ——

Primum enim resonantem expertus est imbrem nivis
Ogygus, sublimem per aquam æthera mittens:
Terra cùm abscondebatur tota obruta. ——

Et hoc est diluvium illud, de quo Plato, in Timæo. Meminitque Eusebius, Chron. lib. I. Africanus, Chron. lib. III. Augustinus, De Civit. dei, lib. XVIII. cap. VIII. Clemens, Strom. I. Otho Frisingensis, lib. I. cap. XIII. Lutatius, ad Statii Theb. I. Ex hoc diluvio sospitem eum evasisse, discimus ex Africano, Chronologi. lib. III. apud Eusebium, De Præp. Euang. lib. X. Φαμὲν τοίνυν ἐκ τοῦδε τοῦ συγγράμματος, Ὤγυγον, ὃς τοῦ πρώτου κατακλυσμοῦ γέγονεν ἐπώνυμος, πολλῶν διαφθαρέντων διασωθεὶς· κατὰ τὴν ἀπ' Αἰγύπτου τοῦ λαοῦ μετὰ Μωσέως ἔξοδον γεγενῆσθαι· *Ex hoc Opere igitur dicimus, Ogygum, qui primo diluvio nomen dedit, atque, multis interceptis, incolumis fuit, circa populi per Mosen ex Aegypto eductionem exstitisse.* Quanquam, periisse ipsum hoc diluvio, à Cedreno memoretur, istis verbis. Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Μωσέως γέγονέ τις ἀνὴρ μέγας, ἐκ τῆς Φυλῆς Ἰάφεθ· ὃς, αὐτόχθων ὤν, ἐβασίλευσε τῆς Ἀττικῆς ἔτη τριάκοντα δύο. ὄνομα τῷ ἀνδρὶ, Ὤγυγος. ἐπ' αὐτοῦ γέγονε κατακλυσμὸς ἐν τῇ Ἀττικῇ μόνῃ· αὐτός τε ἀπώλετο, καὶ ἡ χώρα πᾶσα. *Temporibus Mosis exstitit vir quidam magnus, ex Iapeti prosapia; qui, indigena cùm esset, regnum Atticæ annos triginta duos tenuit: nomen illi Ogygus. Ejus tempore in sola Attica diluvium fuit: periitque isto ipse, atque regio universa.* Ubi illud quoque discas, regnum eum tenuisse per triginta

duos annos: atque tunc diluvium iſtud accidiſſe. Vxor illi Thebe fuit, Iovis filia, ex Iodamâ Tithoni. Lycus, in Opere De Thebis, apud Iſaacium Tzetzen, Commentario ad Lycophronem. Ζεὺς, μιγεὶς Ἰοδάμᾳ, τῇ Τιθωνοῦ, τοῦ Ἀμφιτρύωνος, γεννᾷ Θήβην· ἣν δίδωσιν Ὠγύγῳ, ἀφ' οὗ Ὠγυγίη ἡ Θήβη. *Iupiter, congreſſus cum Iodama, filia Tithoni, Amphitryonis F., gignit Theben: quam dat Ogygo uxorem, à quâ Thebe Ogygia dicta.* Filios ejus duos invenio: unum Cadmum, alterumque Eleuſinem. Cadmus, memoratur Suidæ. Ὠγύγια κακά, ἐπὶ τῶν ὀχληρῶν. ἐπεὶ συνέβη Κάδμον, τὸν Ὠγύγου, διὰ τὰς θυγατέρας, κακοῖς περιπεσεῖν. *Ogygia mala, de gravibus. ſiquidem accidit, ut Cadmus, Ogygi F., propter filias, in ærumnas incideret.* Quæ totidem verbis in Appendice Proverbiorum Vaticanâ, Cent. IV. Proverb. LII. niſi quod malè illic legitur: Κάδμον τὸν Ὠγύγην. *Cadmum Ogygen.* quaſi Cadmus cognomento Ogyges fuiſſet dictus. Reponendum, ut in Suida, è quo ea ſunt deſumpta, Κάδμον, τὸν Ὠγύγου. *Cadmum, Ogygi F.* De Eleuſine, accipio ex Pauſaniæ verbis, quæ citavi paullo antè. Ἐλευσῖνα δὲ ἥρωα, ἀφ' οὗ τὴν πόλιν ὀνομάζουσιν, οἱ μὲν Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι καὶ Δάειρας, Ὠκεανοῦ θυγατρὸς, λέγουσιν· τοῖς δέ, ἐστι πεποιημένα, Ὤγυγον εἶναι πατέρα. *Eleuſinem verò heroëm, à quo urbem nominant, hi quidem Mercurii filium, & Dairæ, Oceani filiæ, eſſe tradunt: alii tradunt, patrem Ogygum exiſtere.* Filias, plures habuiſſe, & in his Alalcomeniam, animadverto apud Pauſaniam, in Bœoticis. Οἱ δὲ, εἶναι καὶ τὴν Ἀλαλκομενίαν, τῶν Ὠγύγου θυγατέρων, φασίν. *Alii verò, eſſe etiam Alalcomeniam dicunt, unam filiarum Ogygi.* Etiam Aulidem ille indicat, à quâ Aulis, urbs Bœotiæ, nuncupata, in Bœoticis iiſdem. Καὶ ὀλίγον ἀπ' αὐτοῦ προελθόντι, ἐστὶν Αὐλίς· ὠνομασθῆναι δὲ ἀπὸ τῆς Ὠγύγου θυγατρὸς φασὶν αὐτήν.

αὐτὴν. *Ac paullum hinc progredienti, occurrit Aulis: quam ab Ogygi filiâ vocatam dicunt.* Quin tres erant; hæ, quas dixi, Aulis, & Alalcomenia, tertiaque Thelxinéa: atque omnes Πραξιδίκαι nuncupatæ. Suidas, in Πραξιδίκη. Διονύσιος δὲ, ἐν Κτίσεσιν, Ὠγύγου (φησὶ) θυγατέρας· Ἀλαλκομενίαν, Θελξινίαν, Αὐλίδα· ἃς ὕστερον Πραξιδίκας ὠνομασθῆναι. *Dionysius verò, in Opere De rebus conditis, esse (dicit) Ogygi filias; Alalcomeniam, Thelxinéam, Aulidem: easque posteà Praxidicas appellatas.* Earum ædem, & jusjurandum in eâdem fieri solitum, apud Haliartios fuisse, refert Pausanias, in Bœoticis. Ἁλιαρτίοις δέ ἐστιν ἐν ὑπαίθρῳ θεῶν ἱερὸν; ἃς Πραξιδίκας καλοῦσιν· ἐνταῦθα ὀμνύουσι μὲν, ποιοῦνται δὲ οὐκ ἐπίδρομον τὸν ὅρκον. *Est apud Haliartios sub divo dearum ædes, quas vocant Praxidicas. hic jurant, neque juramentum irritum habent.* Harum una, Tremilo nupta: à qua Lycia nuncupata fuit Tremila. Meminit Panyasis, in Fragmento apud Stephanum, in Τρεμίλη.

Ἔνθα δ' ἔναιε μέγας Τρέμιλος, καὶ ἔγημε θύγατρα,
Νύμφην Ὠγυγίην, ἣν Πραξιδίκην καλέουσι.
Vbi habitat magnus Tremilus, qui duxit nympham,
Ogygi filiam, quam Praxidicen appellant.

Eximiè autem ex his culta, ut videtur, Alalcomenia; quia nempe ipsa Minervam, deam Athenis tutelarem, educasset: ut superiori capite à me dictum. Itaque per excellentiam hæc simpliciter Πραξιδίκη dicta fuerit: creditaq;, dicta, ac facta, ad finem perducere Hesychius. Πραξιδίκη· δαίμονά τινα φασὶ, τὴν ὥσπερ ἐπιτιθεῖσαν τέλος τοῖς τε λεγομένοις, καὶ πραττομένοις. *Praxidica. deam quandam dicunt: velut quæ finē imponat dictis, ac factis.* Inde est, quod Menelaus, capto Ilio domum redux, quasi opere perfecto, simulacrum dedicaverit. Pausanias, in Laconicis.

Μενέλαος

Μενέλαος δὲ, Ἴλιον ἑλὼν, καὶ ἔπειτα ὕστερον ὀκτὼ μετὰ Τροίας πόρθησιν οἴκαδε ἀνασωθεὶς, ἄγαλμα θεᾶς Πραξιδίκας ἱδρύσατο. *Menelaus verò, postquàm Ilium expugnasset, ac post Troiam captã annis octo domum rediisset, deæ Praxidicæ simulacrum dedicavit.* Erat verò simulacrum ejus nihil, præter caput: namque hoc solum dedicabant. Suidas. Πραξιδίκη, θεός· ἧς κεφαλὴν μόνην ἱδρύοντο. *Praxidica, dea: cujus solum caput dedicabant.* Et, ut simulacra ejus nihil nisi caput erant, itaque quoque capita tantùm victimarum immolabant. Clarè indicat id Hesychius: qui loco citato subjungit. Διὸ καὶ τὰ ἀγάλματα κεφαλὰς γίνεσθαι, καὶ τὰ θύματα ὁμοίως. *Ideoque etiam simulacra capita fieri, item victimas.* Ita enim illic lego: non, καὶ τὰ θαύματα. *Et miracula.* Ejus quoque sacra commemorat Orpheus, in Argonauticis.

Ὄργια Πραξιδίκης. ——
Sacra Praxidicæ. ——

Porrò illud quoq; hoc loco obiter commemorandum; alium fuisse item eo nomine, ultimum Achæorum regem. Indicat Polybius, ubi de illis verba facit, lib. IV. Ἀρξάμενοι γὰρ ἀπὸ Τισαμενοῦ, τοῦ Ὀρέστου παίδων ἑνὸς, καὶ φήσαντες αὐτοὺς ἀπὸ μὲν τούτων βασιλεύεσθαι κατὰ τὸ συνεχὲς, καὶ κατὰ τὸ γένος, εἰς Ὤγυγον. *Orsi namque à Tisameno, uno filiorum Orestis, postquam dixerimus, ipsos quidem sub regibus fuisse ex horum genere, continuatâ successione, ad Ogygum usque.* Et Strabo, de iisdem loquens, lib. VIII. Ἀπὸ μὲν τοῦ Τισαμενοῦ, μέχρι Ὠγύγου, βασιλευόμενοι διετέλουν. *Itaque à Tisameno, usque ad Ogygum, sub regibus permansere.*

CAP. VI.

A diluvio, desolata fuit Attica, & sine regibus, pænè per ducentos annos. Inde regnum accepit Cecrops; quanquam aliis anteeum Draco quidam, & Actæus, sive Actæon, (cujus filiæ quatuor commemorantur; quarum maxima natu, Astaurus, Cecropi nupta,) ac Porphyrion, memorentur: item Periphas, quem in aquilam Iupiter mutasse fertur: etiam Colænus, qui Colænidi Myrrhinunte nomen dedit. Cecrops, indigena; aut Ægyptius, juxta alios: ac parentes item ejus indicati. Statii locus illustratus. Ante regnum, Bœotiæ præerat; item Cretæ: eâque de re Plauti locus explicatus. Athenas, quæ diluvio perierant, instaurat; unde eæ Κεκροπία *appellatæ: uti cives,* Κεκροπίδαι. *Etiam arx* Κεκροπία *nominata.*

POst diluvium istud Ogygi, desolata fuit Attica: neque reges ullos habuit, usq; ad Cecropem, annis CLXXXIX. Africanus, Chron. lib. III. apud Eusebium, De Præp. Euang. lib. X. Μετὰ δὲ Ὤγυγον, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν, ἀβασίλευτος ἔμεινεν ἡ νῦν Ἀττικὴ, μέχρι Κέκροπος, ἔτη ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα ἐννέα. *Post Ogygum vero, ob vastationem grandem à diluvio, illa quæ nunc Attica dicitur sine regibus permansit, usque ad Cecropem, annis centum octoginta novem.* Fuit nempe sine regibus annos totos centum octoginta novem, nonagesimo jam vertente. itaque is numerus ponitur ab Eusebio, Chron. lib. I. Μετὰ δὲ Ὤγυγον, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν, φασὶν ἀβασίλευτον διαμεῖναι τὴν Ἀττικὴν, μέχρι Κέκροπος, ἔτη ἑκατὸν καὶ ἐνενήκοντα. *Post Ogygum autem, ob vastatio-*

nem magnam à diluvio, ajunt Atticam, quæ nunc dicitur, sine regibus permansisse, usque ad Cecropem, annis centum & nonaginta. Cedrenus, numero rotundo, de ducentis annis ait. Ἐπ' αὐτοῦ (τοῦ Ὠγύγου) γέγονε κατακλυσμὸς ἐν τῇ Ἀττικῇ μόνῃ. αὐτός τε ἀπώλετο, καὶ ἡ χώρα πᾶσα. καὶ ἕως ἐτῶν διακοσίων ἔρημος διέμεινεν. *Sub ipso (Ogygo) fuit diluvium in solâ Atticâ: atque ipse periit, item regio universa. ac permansit desolata usque ad ducentos annos.* Itaque, post tantum temporis intervallum, primus regnum Athenarum tenuit Cecrops. quanquam alii ante eum etiam Draconem tradunt, è cujus dentibus ortum esse eum cupiunt. Isacius Tzetzes, ad Lycophronem, causas referens, ob quas Διφυὴς cognomento dictus fuerit, istam ponit. Διὰ τὸ ἐκ τῶν τοῦ Δράκοντος ὀδόντων ἐξελθεῖν. *Quia ex Draconis dentibus natus esset.* Ac mox addit. οὗτος ἦν βασιλεὺς Ἀθηναίων. *Hic verò erat rex Atheniensium.* Alii, memorant etiam Actæum regem, cujus filiam ipse uxorem accepisset. Pausanias, Atticis. Ἀκταῖον λέγουσιν ἐν τῇ νῦν Ἀττικῇ βασιλεῦσαι πρῶτον. ἀποθανόντος δὲ Ἀκταίου, Κέκροψ ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν, θυγατρὶ συνοικῶν Ἀκταίου. *Actæum ferunt in Atticâ, quæ nunc vocatur, primum regnum tenuisse: post cujus mortem Cecrops principatum excepit, qui Actæi filiam uxorem habebat.* Iterumque paullo post hæc ejus mentionem facit, in citandis statim verbis. Stephanus Atticam eo tempore ab ejus nomine Acten appellatam dicit. Ἀκτή, οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἀκταίου τινός. ἀνὴρ δὲ ἦν αὐτόχθων, ὥς Φαβωρῖνος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐκεῖ· καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ οὕτω τὴν χώραν ὠνόμασε, καὶ τοὺς λαούς. *Acte, ita Attica vocabatur, à quodam Actæo homine, ut Phavorinus tradit, indigenâ: qui regnavit ibi loci, atque à se regioni, populoque, nomen dedit.* Meminit ejus itidem, sed non ut regis, Apollodorus,

lodorus, libro tertio. Non rectè Ἀκτιὺς, pro Ἀκταῖος scribitur apud Isacium Tzetzen; uti supra à me dictum, capite tertio. Clemens, Strom. 1. Κατὰ δὲ Φόρβαντα, Ἀκταῖος· ἀφ' οὗ Ἀκταία ἡ Ἀττική. *Phorbantis autem tempore, Actæus fuit: à quo Actæa dicta Attica.* Quæ totidem verbis Tatianus, Oratione contra Græcos. Quin Actæon idem dicitur, apud Isaacium Tzetzen. Ἀκτὴ δ' ἐκαλεῖτο ἡ Ἀττικὴ, ἀπὸ Ἀκταίωνος βασιλέως. *Acte verò Attica appellabatur, à rege Actæone.* Eustathius utrunque nomen repræsentat, Commentario in Dionysium. Ἀττικὴ δὲ, ἡ κατὰ Ἀθήνας χώρα λέγεται, ἀπὸ Ἀκταίωνος, ἢ ἀπὸ Ἀκταίου, αὐτόχθονος. *Attica verò, quæ est circa Athenas regio, nominatur: ab Actæone, sive Actæo, indigenâ.* Itaque ab his, Actæus; ab illis, Actæon dicitur. Suidas eum etiam Actæonem dicit; & commemorat quatuor *illius filias*, Aglaurũ, Hersen, Pandrosum, & Phœnicen: atq; à postremâ istarum, Phœnicias literas dictas esse. Vide Suidam in Φοινικήϊα γράμματα. Harum Aglaurus, natu maxima, nupsit Cecropi, ut jam dixi: ac pro dote, post Actæonis patris obitum, regnum attulit. Ante eum, etiam Porphyrion rex memoratur: quem Athmonenses Veneris Cœlestis templum apud ipsos condidisse referebant. Pausanias, Atticis. Δῆμος δέ ἐστιν Ἀθηναίοις Ἀθμονέων, οἳ Πορφυρίωνα, ἔτι πρότερον Ἀκταίου βασιλεύσαντα, τῆς Οὐρανίας (Ἀφροδίτης) φασὶ τὸ παρὰ σφίσιν ἱερὸν ἱδρύσασθαι. *Populus autem Atheniensibus est Athmonensium: qui Porphyrionem, eum qui ante Actæum regnavit, Cœlestis (Veneris) templum, quod apud ipsos exstat, dedicasse ajunt.* Quin refertur etiam Periphas. Antoninus Liberalis, Metamorphos. capite sexto. Περίφας ἐγένετο ἐν τῇ Ἀττικῇ αὐτόχθων, πρόσθεν ἢ φανῆναι Κέκροπα τὸν Γῆς.

οὗτος ἐβασίλευσε τῶν ἀρχαίων ἀνθρώπων. *Periphas fuit in Attica indigena, antequam Cecrops, Terræ filius, ibi existeret. Is regnum in priscos homines tenuit.* Cujus de virtutibus summis,& in aquilam item transformatione,vide, quæ sequuntur ibidem. Et Colænus, à quo Colænis Myrrhinunte appellata. Pausanias, Atticis. Τὴν δὲ ἐν Μυῤῥινοῦντι Κολαινίδα,ἀπὸ Κολαίνου (ἡγοῦμαι) καλεῖσθαι. Γέγραπται δή μοι, τῶν ἐν τοῖς δήμοις φάναι πολλοὺς,ὡς καὶ πρὸ τῆς ἀρχῆς ἐβασιλεύετο τῆς Κέκροπος. Ἔστι δὲ ὁ Κόλαινος ἀνδρὸς ὄνομα, πρότερον ἢ Κέκροψ ἐβασίλευσεν, ὡς οἱ Μυῤῥινούσιοι λέγουσιν, ἄρξαντος. *Colænidem vero, quæ Myrrhinunte est, à Colæno dictam, existimo. Diximus autem & alibi, ex Atticæ populis multos esse, qui regnatum Athenis esse ante Cecropem sint auctores. Itaque Colænus nomen viri est, qui ante Cecropem regnum tenuit, uti tradunt Myrrhinusii.* Sed hæc omnia, velut falsa,à Philochoro,admodum vetusto Auctore,reprehensa, tradit nobis Africanus, Chronol. lib. III. Μετὰ δὲ Ὤγυγον, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν, ἀβασίλευτος ἔμεινεν ἡ νῦν Ἀττικὴ, μέχρι Κέκροπος, ἔτη ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα ἐννέα. τὸν μὲν γὰρ μετ' Ὤγυγον Ἀκταῖον, ἢ τὰ πλασσόμενα τῶν ὀνομάτων, οὐδὲ γενέσθαι φησὶν ὁ Φιλόχορος. *Post Ogygum vero, ob vastationem grandem à diluvio, Attica, quæ nunc vocatur, sine regibus permansit, usque ad Cecropem, annis centum octoginta novem. Nam Actæum, qui post Ogygum memoratur, & quæ confinguntur nomina, Philochorus fuisse negat.* Ergo Cecropem etiam nos primum esse statuamus: pariter atque Eusebius facit, Chron. lib. I. Οἱ δ' οὖν μετὰ τὸν Ὤγυγον, καὶ τὸν κατακλυσμὸν, βασιλεῖς, εἰσὶν οἵδε. Πρῶτος Κέκροψ, ὁ Διφυής. *Itaque reges Athenensium, qui post Ogygum, & diluvium, exstiterunt, sunt hi: primus Cecrops, is qui Diphyes cognomento perhibetur.* Ioannes Tzetzes, Chil. V. Hist. XVIII.

Πρῶτος

Πρῶτος ἁπάντων Ἀττικῆς ὁ Κέκροψ βασιλεύει.

Primus omnium in Atticâ Cecrops regnat.

Apollodorus, lib. III. Κέκροψ αὐτόχθων, συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος. *Cecrops indigena, concretum habens corpus è viro & dracone, in Atticâ primus regnavit.* Et observa, indigenam illic eum dici: cùm Ægyptium alii faciant. Suidas. Κέκροψ, Αἰγύπτιος ὢν τὸ γένος, ᾤκησε τὰς Ἀθήνας. *Cecrops, Aegyptius existens genere, Athenas habitavit.* Atque idem rursus dicit, in Προμηθεύς. Totidem verbis, Scholiastes Aristophanis, ad Plutum. Et Ioannes Tzetzes refert, eum è Saï, Ægypti urbe, Athenas commigrasse, post diluvium Ogygi. Ecce verba, Var. Hist. Chil. v. Hist. XVIII.

Ὡς δ' ἀπὸ τῆς Σάεως, πόλεως Αἰγυπτίας,
Μετὰ τὸν κατ' Ὤγυγον κατακλυσμὸν ἐκεῖνον,
Ὁ Κέκροψ παραγέγονεν Ἀθήναις τῆς Ἑλλάδος.

Vt autem à Saï, urbe Aegyptiâ,
Post Ogygium illud diluvium,
Cecrops venit Athenas Graeciæ.

Isacius Tzetzes, ad Lycophronem. Ἡ Ἀττικὴ, βασιλεία ἦν Κέκροπος. οὗτος γὰρ, ἐλθὼν ἀπὸ πόλεως Αἰγύπτου, τὰς Ἀθήνας συνῴκισε. *Attica, regnum erat Cecropis. Is enim, veniens ab urbe Ægypti, Athenas instauravit.* Cedrenus. Κέκροψ, Αἰγύπτιος ὢν, δύο γλώσσας ἠπίστατο. *Cecrops, cùm Aegyptius esset, duas linguas callebat.* Inde *Cecropium* lutum Statius Ægyptius dixit, Sylv. lib. III. in Propemptico Metii Celeris.

——te præside noscat,
Vnde paludosi fæcunda licentia Nili:
Cur vada desidant, & ripa coërceat undas,
Cecropio stagnata luto.——

Certè peregrinum facere etiam videtur Strabo; qui

Bœotiæ præfuiſſe ante regnum eum tradit, lib. IX. Λέγεται καὶ κατὰ Κέκροπα, ἡνίκα τῆς Βοιωτίας ὑπῆρξε. *Fertur etiam ætate Cecropis, cum Bœotiæ is præeſſet.* Gotfridus Viterbienſis, regem Cretæ fuiſſe refert, Chronici Parte IV.

Cum dominum Cecropem regem tenet inſula Creta.

Quod non dubium eſt, quin ille ab antiquo Auctore acceperit. Innuitque hoc ipſum Plautus, ubi Cretam, Rhadamanthi quoque ſedem, *Inſulam Cecropiam* vocat. Verba ejus ita habent, in Trinummo, Act. IV. Sc. II.

—Pol illum reliqui ad Rhadamanthum, in Cecropiâ inſulâ.

Quod parentes ejus attinet; matrem Hyginus Terram tribuit, Fab. XLVIII: patrem autem, Vulcanum, Fab. CLVIII. Ac matrem Terram, refert etiam Antoninus Liberalis, in citatis antè verbis. Iſacius Tzetzes, ad Lycophronem, ex draconis dentibus enatum dicit. quâ de re videndus quoq; Scholiaſtes Ariſtophanis, ad Plutum. Et Athenienſes quidem, ab eo dicti κεκροπίδαι. Herodotus lib. VIII. Ἀθηναῖοι δὲ, ἐπὶ κέκροπος βασιλῆος, ἐπεκλήθησαν κεκροπίδαι. *Athenienſes verò, ſub rege Cecrope, cognominati ſunt Cecropidæ.* Scholiaſtes Ariſtophanis, Pluto. κέκροψ, Αἰγύπτιος τὸ γένος, ᾤκισε τὰς Ἀθήνας· ὅθεν καὶ Ἀθηναῖοι κεκροπίδαι. *Cecrops, genere Aegyptius, Athenas condidit: ut & Athenienſes ſunt Cecropidæ vocati.* Suidas κεκροπὶς, αἱ Ἀθῆναι· καὶ κεκροπίδαι, οἱ Ἀθηναῖοι. *Cecropis, Athenæ: & Cecropidæ, Athenienſes.* Martianus, in Periegeſi.

Ἑξῆς Ἀθήνας φασὶν οἰκετὰς λαβεῖν
Τὸ μὲν Πελασγοὺς πρῶτον, οὓς δὴ καὶ λόγος
Κραναοὺς καλεῖσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα κεκροπίδας,
κέκροπος δυναστεύοντος. ——
Deinde Athenas ajunt habitatores accepiſſe
Primò quidem Pelaſgos, quos & ferunt

Cranaos

Cranaos vocatos: posteà verò Cecropidas,
Cecrope principe. ——

Itaque est apud Claudianum, De raptu Proserpinæ, lib. I. ——*templumque remugit*
Cecropidûm, sanctasque faces extollit Eleusis.

Silius, lib. XIII.

Cecropidæ ob patriam Mavortis sorte peremptos
Decrevere simul communibus urere flammis.

Ausonius, Epist. XXIV.

Sistere Cecropidûm in terris monumenta paranti
Obstitit. ——

Priscianus, lib. II. *A regibus, sive conditoribus: id est, Thesidæ, Cecropidæ.* Ac Athenas quidē eum condidisse, cùm diluvio nempe Ogygio priscæ istæ periissent, licet clarè observare ex citatis Scholiastæ Aristophanis, atq; Suidæ item, verbis. Tum id tradit Isidorus Hispalensis, in Chronico. *Cecrops Athenas condidit.* Honorius, item in Chronico. *Athenas condidit Cecrops, qui primus regnavit ibi.* Et Orig. lib. XV. cap. I. *Athenas in Hellade Cecrops condidit.* Alii dicunt, instaurasse. August. De Civit. dei, lib. XVIII. cap. VIII. *Regnante Atheniensibus Cecrope: sub quo rege etiam ipsam vel instauratam, vel conditam, ferunt civitatem.* Ita quoq; tradit Otho Frising. lib. I. cap. XVII. & Albertus, Abbas Stadensis, in Chronico. Quin Cecropiam item à se nominavit. Isidorus, Orig. lib. XV. cap. I. *Athenas in Hellade Cecrops condidit: & ex suo nomine Cecropiam appellavit.* Cassiodorus, in Chronico suo, notat: factum tempore Spareti, Assyriorum regis. *Sparetus regnavit annis quadraginta. Hujus temporibus à Cecrope rege Athenæ sunt conditæ.* De Cecropiæ autem appellatione, exstat item apud Plinium, lib. VII. cap. LVI. *Oppidum (Athenas) Cecrops à se appellavit Cecropiam.* Euripides, Supplicibus.

—— παλαιᾶς

— *παλαιᾶς Κεκροπίας οἰκήτορας.*

— *antiquæ Cecropiæ habitatores.*

Valerius Flaccus, dicit *Cecropis arces*, Argonaut. libro V.

——*præder si Cecropis arces.*

Pertinetque eò illud apud Poëtam, Πόλι φίλη Κέκροπος, *Vrbs cara Cecropis*: quod commemorat Antoninus Imp. lib. IV. Ἐκεῖνος μὲν φησί· Πόλι φίλη Κέκροπος· σὺ δὲ οὐκ ἐρεῖς; Ὦ πόλι φίλη Διός. *Ille quidem dixit; Vrbs amica Cecropis: tu verò non dices? O urbs amica Iovis.* Posteà, auctâ in majus Vrbe, vetereque mox in arcem commutatâ, illa nomen id retinuit. Inde est apud Plinium, loco citato. *Oppidum Cecrops à se appellavit Cecropiam: quæ nunc arx est Athenis.* Vide Cecropiam nostram, cap. IV.

CAP. VII.

Attica quoque universa, Cecropia dicta; tribuumque, quæ tunc quatuor, una Cecropis: populique, qui sub eâ, indicati. Familia quadam, Cecropidæ. Numerati etiam ab eo incolæ, lapidum congestione: ac curatum his frumentum, misso Argo in Siciliam, Africamque. Condidit item Lacedæmonem, & templum Delphicum.

NEque Vrbs, aut Arx duntaxat, sed & regio universa, prius Acte, ut jam dixi, & ab Ogygo Ogygia dicta, ab eo Cecropia appellata est. Apollodorus, libro III. Καὶ τὴν γῆν, (Κέκροψ) πρότερον λεγομένην Ἀκτὴν, ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν ὠνόμασεν. *Et terram, (Cecrops) anteà Acten appellatam, Cecropiam à suo nomine nuncupavit.* Catullus, in Epithalamio.

Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.

Et

Et mox iterum.

Funera Cecropiæ, ne funera, portarentur.

Hinc *Cecropii fines*, apud Lucretium lib. VI.

Finibus Cecropiis funestos reddidit agros.

Quin è decem quoque tribubus una Κεκροπὶς dicta fuit. Harpocration. Μία δ' ἦν τῶν δέκα Φυλῶν Ἀθήνησι, Κεκροπίς. *Vna verò decem tribuum Athenis erat, Cecropis.* Moschopulus. Κεκροπὶς, μία τῶν δέκα Φυλῶν ἐν Ἀθήναις. *Cecropis, una decem tribuum Athenis.* Sed quum unam decem tribuum eam dicunt, faciunt pro constitutione Vrbis, quæ deinde subsecuta: nam sub Cecrope isto nostro, quatuor duntaxat erant, ac prima, Κεκροπὶς; secunda, Αὐτόχθων; tertia, Ἀκταία; quarta, Παραλία dicebatur. Pollux docet, lib. VIII. cap. IX. sect. XXXI. Καὶ αἱ φυλαὶ, τέως μὲν ἐπὶ Κέκροπος, ἦσαν τέσσαρες· Κεκροπὶς, Αὐτόχθων, Ἀκταία, Παραλία. *Ac tribus, antea quidem sub Cecrope, erant quatuor: Cecropis, Indigena, Actæa, Maritima.* De numero eo, consentit Stephanus: & postremas duas nominat in Ἀκτῇ. Τῶν ἐπὶ Κέκροπος Φυλῶν τεττάρων οὐσῶν, δύο προσηγόρευσαν, Ἀκταίαν, καὶ Παραλίαν. *Cum quatuor essent sub Cecrope tribus, duas appellarunt, Actæam, & Maritimam.* Et Eustathius, ad Dionysium. Μία τῶν ἐπὶ Κέκροπος τεσσάρων Φυλῶν, Παραλία ἐκλήθη· καὶ ἄλλη, Ἀκταία. *Vna quatuor, quæ sub Cecrope erant, tribuum, Maritima dicta fuit: altera verò, Actæa.* Ac Cecropidis hujus tribus, meminit Antiphon, Orat. XVI. & frequenter admodum Auctores alii. Erant verò populi sub eâ isti: Ἀθμονὸν, Αἰξωνὴ, Ἁλαὶ Αἰξωνίδες, Δαιδαλίδαι, Ἐπιεικίδαι, Ξυπέτη, Πίθος, Συπαληττὸς, Τρινεμεῖς, Φλύα. Vide librum nostrum, de pop. Atticæ, in istis vocibus. Nec duntaxat quilibet Athenienses Κεκροπίδαι nominati, verum propriè illi tantùm, qui ab eo genus ducerent. Porphyrius, in Isagoge, cap.

Περὶ

Περὶ γένους. Ἡρακλεῖδαι γὰρ λέγονται, οἱ ἀπὸ γένους καταγόμενοι Ἡρακλέους. καὶ Κεκροπίδαι, οἱ ἀπὸ Κέκροπος. *Heraclidæ enim dicuntur, qui ab Hercule genus ducunt: & Cecropidæ, qui à Cecrope.* Demosthenes, in Orat. Fun. ᾔδεσαν Κεκροπίδαι, τὸν ἑαυτῶν ἀρχηγὸν τὰ μὲν, ὡς ἐστὶ δράκων, τὰ δ', ὡς ἐστὶν ἄνθρωπος, λεγόμενον. *Sciebant Cecropidæ, familiæ suæ auctorem partim draconem, partim hominem memorari.* Quia verò hæc familia, ut antiquissima Athenis erat, ita quoque nobilissima habebatur; inde dixit Iuvenalis, de eo, qui insulsè genus suum jactaret, Sat. VIII.

Vos humiles, inquis, vulgi pars ultima nostri,
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis:
Ast ego Cecropides. ——

Et mox iterum:

Nil nisi Cecropides, truncoque simillimus Hermæ.

Postquam verò Atticam, quam desolatam accepisset, frequenrem hominibus animadverteret; scire cupiens mulrirudinem incolarum, cùm allatum singulos in locum unum lapidem jussisset ferre, atque numerum iniisset, viginti eos millia esse deprehendit. Scholiastes Pindari Olymp. Od. IX. Φιλόχορος δέ φησι, Κέκροπα, βουλόμενον τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον, καὶ τὸ πλῆθος, ἐπιγνῶναι, κελεῦσαι αὐτοὺς λίθους εἰσφέρειν, καὶ βάλλειν εἰς τὸ μέσον· ἐξ ὧν ἐπιγνῶναι, δισμυρίους αὐτοὺς ὄντας. *Philochorus verò refert, Cecropem, cupientem scire Atheniensem populum, atque ejus multitudinem, jusisse ipsos afferre lapides, & in medium projicere: inde autem comperisse, viginti eos mille esse.* Eustathius ad Iliad. α'. Κέκροψ, πολυάνθρωπον οὖσαν ἰδὼν τὴν Ἀττικὴν, συγκαλεῖται τὸν ὄχλον· καὶ παρασημαίνεται τὸν ἀριθμὸν λίθοις, ἑκάστου ἕνα ῥίψαντος. *Cecrops, cùm videret, frequentem hominibus Atticam esse, convocat multitudinem: &, unoquoque lapidem unum jaciente, inde numerum obser-*

vat.

vat. Atque, ut ſuppeteret victus multitudini, Argum miſit in Siciliam, Africamque, qui frumentum inde adveheret. Ioannes Tzetzes, ad Heſiodi Ἔργων α. Κέκροψ, Ἄργον εἰς Λιβύην, καὶ Σικελίαν πέμψας, ἐκέλευσε συναγαγεῖν σῖτον, ἐκ τοῦ ἐκεῖ φυομένου, καὶ εἰς Ἑλλάδα μετακομίσαι. *Cecrops, miſſo Argo in Siciliam, Libyamque, colligere eum frumentum juſſit, illic natum, & in Græciam transferre.* Qui tradunt, etiam urbem Lacedæmonem, uti quoque templum Delphicum, condidiſſe. Albertus, Abbas Stadenſis, in Chronico. Tempore etiam hujus *Lacedæmon urbs condita eſt à Cecrope: & templum Delphicum.*

Cap. VIII.

Διφυὴς cognominatus: ejuſque rei variæ prolatæ cauſæ. Staturæ ejus longitudo. Duarum linguarum peritia. Vir, & mulier; ſive, draco. Matrimonium inſtituit. Initio laudatus princeps, inde malus: quæ ſententia tamen à Plutarcho exploſa. Demoſthenes à Ioanne Tzetze, & Iſacio, ejus fratre, refutatus.

Διφυὴς, ut notum cunctis, cognomento dicebatur. Archelaus, in Epigrammate, apud Antigonum Caryſtium, Hiſt. Mirab. cap. xcvi.

——— εἰ δὲ τόδ᾽ ἐστι,
Οὐ θαῦμα, βλαστεῖν τὸν διφυῆ Κέκροπα.
——— *quod ſi ita eſt,*
Non mirum, natum biformem Cecropem.

Ovidius Geminum dicit. Metamorph. lib II.

Virginibuſque tribus, gemino de Cecrope natis,
Servandam dederat. ———

Ac cognominis quidem hujus variæ ſanè rationes proferuntur. Sunt, qui velint,à ſtaturæ magnitudine, aut duarum linguarum peritiâ, Græcæ nempe & Ægyptiæ, ita dictum. Euſebius,Chron.lib. I. Κέκροψ ὁ Διφυὴς τῆς πότε Ἄκτης, νῦν δὲ Ἀττικῆς, ἐβασίλευσεν ἔτη πεντήκοντα· διὰ μῆκος σώματος οὕτω καλούμενος, ὡς φησὶν ὁ Φιλόχορος· ἢ, ὅτι, Αἰγύπτιος ὢν, τὰς δύο γλώσσας ἠπίστατο. *Cecrops Diphyes, in eâ quæ tunc Acte, nunc Attica, regnavit annis quinquaginta: ob corporis proceritatem ita dictus, uti auctor eſt Philochorus: ſeu quod, cum Ægyptius eſſet, duas linguas calleret.* Idem tradunt, Hieronymus, Freculphus, Abbas Urſpergenſis, Marianus Scotus, Lucas Tudenſis & Cedrenus. Aliis placet, quod conjugio inſtituto, virum fœminæ conjunxerit. Athenæus, lib. XIII. Ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, ἀνέδην τὸ πρότερον οὐσῶν τῶν συνόδων, καὶ κοινογαμίων ὄντων· διὸ καὶ ἔδοξέ τισι Διφυὴς ὀνομασθῆναι. *Athenis primus Cecrops unam uni junxit, cum anteà inverecundè congrederentur, ac communia cunctis matrimonia eſſent: quare etiam quibuſdam viſus eſt Biformis appellatus eſſe.* Iuſtinus Hiſtoricus, lib. II. *Ante Deucalionis tempora, regem habuere (Athenæ) Cecropem; quem ut omnis fabuloſa eſt antiquitas, Biformem tradidere: quia primus marem fœminæ matrimonio junxit.* Syrianus, in Hermogenem Κέκροψ πρῶτον συνήγαγεν ἄνδρα, καὶ γυναῖκα· ὃς καὶ ἀπὸ τούτου Διφυὴς ἐκλήθη. *Cecrops primum conjunxit virum, ac fœminam: qui & ideò eſt Biformis appellatus.* Idem quoque Euſtathius refert, ad Iliad. σ'. & ω'. Certe à Cecrope inſtitutum matrimonium, etiam teſtatur iſtis verbis Nonnus, Dionyſiac. lib. XLI.

Κάδμος ἐϋγλώσσοιο διδάσκεται ὄργανα φωνῆς,
Θεσμὰ Σόλων ἄρχοντα, καὶ ἔννομον Ἀτθίδι πολίκη
Συζυγίης ἀλύτοιο συνωρίδα δίζυγα Κέκροψ.

Cadmus

Cadmus eloquentis docet instrumenta vocis;
Leges Solon illibatas,& legitimum Atticæ tedæ
Conjugii indissolubilis currum bijugum Cecrops.

Alii tradunt,partim hominem,partim draconem fuisse. Aristophanes, Vespis.

Ὦ Κέκροψ, ἥρως ἄναξ, τὰ πρὸς ποδῶν δρακοντίδη.

O Cecrops,heros rex,pedibus draconem referens.

Ad quem locum Scholiastes φασὶ τὸν Κέκροπα διφυᾶ γεγονέναι, καὶ τὰ κάτω ὄφεως ἐσχηκέναι. *Ajunt Cecropem fuisse biformem,& inferiora serpentis habuisse* Apollodorus, lib. III. Κέκροψ αὐτόχθων, συμφυὲς ἔχων τὸ σῶμα, ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος. *Cecrops indigena, concretum viri ac draconis corpus habens, primus Atticæ regnum tenuit* Nonnus, Dionys lib. XLI.

Κέκροπος οὐ τύπον εἶχον, ὃς ἰοβόλῳ ποδὸς ὁλκῷ
Γαῖαν ἐπιξύων, ὀφιώδεϊ σύρετο ταρσῷ,
Νέρθε δράκων, καὶ ὕπερθεν, ἀπ' ἰξύος ἄχρι καρήνου,
Ἀλλοφυὴς ἀτέλεστος ἐφαίνετο, διχθάδιος ἀνήρ.

Non habuere imaginem Cecropis, qui venenum jaculante
pedis tractu
Terram radens,serpentino trahebatur pede:
Inferius draco,& superius,ab ilio usque ad caput,
Alterius naturæ imperfectus apparebat, biformis vir.

Quare autem hoc cōfinxerint,explicatur à Demosthene in Orat. Fun. Ἤδεσαν Κεκροπίδαι τὸν ἑαυτῶν ἀρχηγὸν, τὰ μὲν ὡς ἐστι δράκων, τὰ δ' ὡς ἐστιν ἄνθρωπος, λεγόμενον, οὐκ ἄλλοθεν ποθὲν ἢ τῷ τὴν σύνεσιν αὐτοῦ προσομοιοῦν ἀνθρώπῳ, τὴν ἀλκὴν δὲ δράκοντι. *Sciebant Cecropidæ,familiæ suæ auctorem,partim draconem,partim hominem esse dici: non aliunde, quàm quod ejus prudentiam homini,robur draconi compararent* Alii sic existimabant, hominis pariter ac draconis formam illi attributam, quod ex bono rege postea ferus factus

 fuerit.

fuerit. Quorum ſententia refutatur à Plutarcho, De ſerâ num. vind. *Οἶμαι μὲν οὖν καὶ τὸν Κέκροπα Διφυᾶ προσαγορεῦσαι τοὺς παλαιούς, οὐχ, ὡς ἔνιοι λέγουσιν, ἐκ χρηστοῦ βασιλέως ἄγριον καὶ δρακοντώδη γενόμενον τύραννον, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἐν ἀρχῇ σκολιὸν ὄντα, καὶ φοβερὸν, εἶθ' ὕστερον ἄρξαντα πρᾴως, καὶ φιλανθρώπως. Equidem exiſtimo, & Cecropem ab antiquis Biformem fuiſſe dictum; non, quod è bono rege ferus ac draconi ſimilis, tyrannus factus fuerit: verùm contra, quod initio perverſus, ac terribilis, mox benignè, & humaniter, imperaverit.* Demoſthenis verò illum locum, quem citavi, exagitat Ioannes Tzetzes, exponens ejus cognomenti rationes. Chil. v. cap. XVIII. ubi inter cætera, mox proferenda, ita ait.

Ἢ ὡς τὰ κάτω δράκων μὲν, ἄνθρωπος δὲ τὰ ἄνω.
Ὁ Δημοσθένης τάχα μὲν ἀλληγορεῖν ἐθέλων,
Συνηγορεῖν δὲ πεφυκὼς, ἀλληγορεῖν δ' οὐδόλως,
Ἤδεσαν Κεκροπίδαι μὲν, φησὶν, ὡς ὅτι Κέκροψ
Ἀλκὴν ἔοικε δράκοντι, τὴν σύνεσιν ἀνθρώπῳ.
Ὁ Τζέτζης βασιλεύειν δὲ πρᾴως τὸν ἄνδρα λέγει,
Ὡς καὶ βαρβάρους, τοὺς αὐτῷ ταῖς μάχαις ἡττημένους,
Τῷ φιλανθρώπῳ τοῦ ἀνδρὸς τοσοῦτον συνδεθῆναι,
Ὡς ἓν ζῶμα λογίζεσθαι, μηδ' ἀποσπᾶσθαι θέλειν.
Vel quod inferius draco quidem, homo autem ſupernè,
Quod Demoſthenes quidem allegoricè reddere volens,
Ad patrocinandum aptus, ad allegoriam minimè;
Noverant Cecropidæ quidem, inquit, quod Cecrops
Robore ſimilis erat draconi, prudentiâ homini.
Tzetzes verò, regnaſſe hominem manſuetè dicit:
Vt & Barbari, ab ipſo prœliis ſuperati,
Humanitate viri adeò devincirentur,
Vt unum corpus putarentur, neque avelli cuperent.

Itidem, ſed modeſtè magis, Iſacius Tzetzes, ejus frater, ubi

ubi pariter rationes ejus cognomenti reddit in Commentario ad Lycophronem. Ληροῦσιν, ὅτι τὰ ἄνω ἀνθρώπου, τὰ δὲ κάτω δράκοντος εἶχον· ὁ ἀλληγορῶν ὁ Δημοσθένης, φησὶν, ὅτι τὴν ἀλκὴν ὅμοιος ἦν δράκοντι, ἀνθρώπῳ δὲ γε τὴν φρόνησιν. ἐγὼ δὲ, οὕτως ἀλληγορῶ· ὅτι, ἀγαθὸς βασιλεὺς γεγονὼς πᾶσαν θηριωδίαν ἐθνῶν, οὕτως ὑπέταξεν, ὡς μίαν σύμπνοιαν πάντας ἔχειν αὐτὸν καὶ ἀγαθὸν ἡγεμόνα, καὶ αὐτοκράτορα. *Nugantur quod superiora hominis, inferiora draconis haberet. quod Demosthenes allegoricè exponens, inquit; robore draconi, prudentiâ homini similem fuisse. Ego verò, ita explico: bonum eum regem fuisse, atque gentium feritatem in hunc modum domuisse, ut uno consensu eum principem bonum & imperatorem, existimarent.* Omnes autem, quas jam dixi rationes, recitat Ioannes Tzetzes, loco proximè citato.

Πρῶτος ἁπάντων Ἀττικῆς ὁ Κέκροψ βασιλεύει,
Ὁ πρῶτος, ὁ καλούμενος καὶ Διφυὴς, τοιῶσδε.
Ἢ ὅτι μέγεθος ἀνδρῶν δύο πρὸς μῆκος εἶχεν·
Ἢ, ὡς Ἑλλάδος ἔμπειρος, καὶ Αἰγυπτίας γλώσσης.
Ἢ ὡς τὰ κάτω δράκων μὲν, ἄνθρωπος δὲ τὰ ἄνω.
Καὶ ἄλλως τοῦτον Διφυῆ τὸν Κέκροπα καλοῦσιν.
Αἱ τῶν Ἑλλήνων πρότερον γυναῖκες καθ' Ἑλλάδα
Οὐχ, ὥσπερ νῦν, ἐζεύγνυντο νομίμοις τοῖς ἀνδράσι
Δίκην κτηνῶν δὲ ἐμίγνυντο πᾶσι τοῖς βουλομένοις.
Ἦσαν λοιπὸν μονοφυεῖς οὕτως οἱ παῖδες τότε,
Μόνας ἐπιγιγνώσκοντες μητέρας, οὐ πατέρας.
Ὁ Κέκροψ παραγέγονεν Ἀθήνας τῆς Ἑλλάδος,
Νομοθετεῖ τὰς γυναιξὶ τοὺς γάμους τοὺς νομίμους.
Ἐξ ὧν παῖδες ἐγνώκεισαν τοὺς δύο φυτοσπόρους,
Τὸ πρὶν μόνην γινώσκοντες, ὡς ἔφην, τὴν μητέρα.

Primus omnium in Atticâ regnat Cecrops
Primus; qui Biformis dictus fuit, in hunc modum.

Vel,

Vel, quod magnitudine duorum hominum proceritatem æquaret;
Vel, quod Græcæ linguæ, & Ægyptiæ, peritus esset:
Vel quod inferius draco, superius homo foret.
Quin aliam quoq; ob causam biformem Cecropem vocant.
Græcorum prius mulieres per Græciam,
Non, ut nunc, legitimis jungebantur viris;
Sed, ut pecudes, miscebantur omnibus volentibus:
Erantque tunc unius naturæ liberi,
Solas agnoscentes matres, non patres.
Cecrops accessit Athenas Græciæ,
Constituitque mulieribus nuptias legitimas:
Ex quibus liberi cognoverunt duos parentes;
Ante solam, ut dixi, cognoscentes matrem.

Videndus quoque Suidas, in Κέκροψ & Προμηθεύς.

CAP. IX.

Primus Saturno, & Opi, aram ponit: & instituit, uti domini, postquam fruges, atque fructus, collegissent, unà cum servis cibum caperent. Iovem quoque τοῦ Ὑπάτου cognomento appellavit. Cedreni locus emendatus. Statuitque, ne quid illi animatum offerretur: verum libum, Πέλανον quod nominabant, etiam Pausaniæ ævo. Eusebii error, & eorum, qui Auctorem hunc sequuti, indicatus. Bovem qualem immolaverit. Βοῦς, cujusdam libi species. Bos Empedoclis. Βοῦς ἕβδομος, proverbium. Minervæ quoque simulacrum primus ipse dedicavit, & Mercurii.

NUnc ad ejus instituta veniamus. Quod conjugium instituerit, idque etiam inter causas, cur Biformis diceretur, reputatum, capite superiori jam ostendi. Nec con-

contentus, vitę suis honestatem præscripsisse, etiam pietatem præcipit; ac decernit, ut Saturnum, atque Opem, venerarentur: primusque illis aram ponit. tum, ut domini cum servis, postquam fruges, atque fructus, collegissent, tanquam sociis laborum, mensam suam etiam communicarent. Macrobius, Sat. lib. I. cap. X. *Philochorus Saturno, & Opi, primum in Atticâ statuisse aram Cecropem dicit; eosque Deos pro Iove, Terraque coluisse: instituisseque, ut patresfamiliarum, & frugibus & fructibus, jam coactis, passim cum servis vescerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure toleraverant. delectari enim Deum honore servorum, contemplatu laboris.* Aræ positæ, etsi sine Dei nomine, meminit Eusebius quoq; de Præp. Euang. lib. X. Ἔπειτα βωμὸν (λέγεται) ὁ Κέκροψ) παρ' Ἀθηναίοις ἱδρῦσαι πρῶτος. *Deinde aram (dicitur Cecrops) apud Athenienses dedicasse primus.* Primus quoque immolavit, & Jovem nomine appellavit. Idem Eusebius, Chron lib. I. οὗτος (ὁ Κέκροψ) πρῶτος βοῦν ἔθυσε, καὶ Ζῆνα προσηγόρευσεν. Quod Hieronymus ita vertit. *Primus Cecrops, bovem immolans, Iovem appellavit.* Iterum de Præp. Euang. lib. X. Πρῶτος (ὁ Κέκροψ λέγεται) Ζῆνα κεκληκέναι τὸν θεὸν, μὴ πρότερον οὕτως παρ' ἀνθρώποις ὠνομασμένον. *Primus vero Cecrops dicitur Iovem appellasse Deum, nondum ita apud homines nominatum.* Eusebium Cedrenus sequitur: sed corruptus, & per hanc occasionem emendandus. οὗτος (ὁ Κέκροψ) πρῶτος βοῦν ἐθαύμασε, καὶ Ζῆνα προσηγόρευσεν. *Hic (Cecrops) primus bovem admiratus est, & Iovem nominavit.* Scribo, πρῶτος βοῦν ἐθύασε. *primus bovem immolavit.* Isidorus Hispalensis, Orig. lib. VIII. cap. XI. *Cecrops primus omnium Iovem appellavit, simulacra reperit, aras statuit, victimas immolavit: nequaquam istiusmodi rebus in Græcia visis.* Eodem modo Freculphus, Tom. I. lib. II. cap. VIII. Marianus Scotus, lib. I. item Abbas Ursper-

gensis.

gensis. Ado, nullâ nominis dati mentione, tradit, ei sacra fieri præcepisse. *Bovem (Cecrops) immolans, primus in sacrificio Iovem adorari præcepit.* Totidem verbis Lucas Tudensis. De bove immolato, Ivo etiam, in Chronico. *Fertur etiam de Cecrope, quod primus bovem Iovi mactaverit.* Et Gotfridus Viterbiensis, Chronici Parte IV. de Cecrope loquens.

Ille Iovi pecudes primus in orbe necat.
Mactat oves sibi, sive boves, prior erigit aram;
Morte bovis dat prima Iovi libamina chara:
Et venerans aras, idola, fana, parat.

Sed Eusebius vehementer hîc erravit: aliosque in errorem suum induxit. Neque enim primus Iovem Cecrops dixit, verùm Ὕπατον cognomento appellavit: edocere suos cupiens, summum hunc deorum esse. Id Pausanias verbis sat disertis docet, in Arcadicis; ubi, postquam comparationem instituit inter Cecropem, & Lycaonem, coætaneos; ac Lycaonem dixit Iovem Λυκαῖον cognominasse, mox subjungit. Ὁ μὲν γὰρ (Κέκροψ) Δία τε ὠνόμασεν Ὕπατον πρῶτος· καὶ, ὁπόσα ἔχει ψυχήν, τούτων μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν θῦσαι, πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν, ἃ πελάνους καλοῦσιν ἔτι καὶ εἰς ἡμᾶς Ἀθηναῖοι. *Ille enim (Cecrops) & Iovem nominavit Supremum primus, & nihil ei animatum immolandum existimavit: verum liba tantum patria, quæ πελάνους etiamnum nominant Athenienses, in arâ illi consecravit.* Eodem modo & Cyrillus, contra Iulianum lib. I. *Primus regnavit Athenis Cecrops, qui cognominatus Biformis. Hunc ferunt primum ex hominibus sacrificasse bovem, nominasséque Iovem apud Græcos* Ὕπατον. Itaque errorem Eusebii satis manifestum feci; cujus verba etiam porrò mihi nunc examinanda: nam præterea ita tradit. Πρῶτος βοῦν ἔθυσε. *primus bovem immolavit.* Idque omnes

item

item alii, hunc sequuti, repræsentant. At Pausanias clare ait, nihil animati immolasse; sed duntaxat liba patria, quæ πελάνες appellabant etiam tum Athenienses. Ecce, in citatis verbis. Καὶ, ὁπόσα ἔχει ψυχὴν, τούτων μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν θῦσαι. πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν, ἃ πελάνες καλοῦσιν ἔτι καὶ εἰς ἡμᾶς Ἀθηναῖοι. *Et nihil ei animatum immolandum existimavit: verum liba tantum patria, quæ πελάνες etiamnum nominant Athenienses, in arâ consecravit.* Et hoc ipsum tradit etiam in Atticis: ubi refert, suâ itidem ætate ante Erechthei fanum in arce eam aram exstitisse. ἔστι δὲ καὶ οἴκημα, Ἐρέχθειον καλούμενον. πρὸ δὲ τῆς εἰσόδου, Διός ἐστι βωμὸς Ὑπάτου, ἔνθα ἔμψυχον θύουσιν οὐδέν. πέμματα δὲ θέντες, οὐδὲν ἔτι οἴνῳ χρήσασθαι νομίζουσιν. *Est & ædes, quam Erechtheum vocant. Antequam verò ingrediaris, est Iovis supremi ara, in quâ animatum nihil immolatur: sed, liba tantum imponentes, neque vino etiam uti fas existimant.* Quomodo ergo bovem immolatum esse Eusebius dicit? Solvam nodum, & rem clarè explicabo. Βοῦς antiquis illis Græcis etiam libum dicebatur, cornua habens, instar bovis. Hesychius. Βοῦς, εἶδος πέμματος, κέρατα ἔχοντος. *Bos, species libi, cornua habentis.* Pollux. lib. VI. cap. XI. Πέλανοι δὲ, κοινοὶ πᾶσι θεοῖς. κέκληται δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος, ὥσπερ ὁ βοῦς· πέμμα γάρ ἐστι, κέρατα ἔχον. *Pelani vero, omnibus diis sunt communes; ac vocantur à figurâ, veluti bos: nam est libum, cornua habens.* Talis fuit bos Empedoclis: de quo Diogenes Laërtius, in ejus vita, lib. VIII. Καὶ βοῦν ἔθυσε τοῖς θεωροῖς ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἐκ μέλιτος, καὶ ἀλφίτων. *Et bovem immolavit theoris Empedocles, ex melle, & farinis.* Et Philostratus, de vita Apoll. lib. I. cap. I. Καὶ ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ βοῦς, ὃν λέγεται πέμμα ποιησάμενος θῦσαι, τὰ Πυθαγόρου ἐπαινοῦντος ἂν εἴη. *Et bos ille Olympiæ, quem libo facto fertur immolasse, ejus fuerit, qui Pythagoræ doctrinam laudat.*

dat Neque alius item fuit, quem proverbio suo Græci, ἕβδομος βοῦς, designabant: de quo videndi, Apostolius, Cent. V. Proverb. LXXVI. Diogenianus, Cent. III. Proverb. ·. Hesychius, Suidas, & Eustachius, ad Iliad σ'. Et hæc quidem de Saturno, Ope, ac Iove, respexit etiam Epiphanius, Adversus Hæreses, lib I. Καὶ μετέπειτα πολλῷ τῷ χρόνῳ τοὺς περὶ Κρόνον, καὶ Δία, Ῥέαν τε καὶ Ἥραν, ἐθεοποιήσαντο. μετηνέχθη δὲ ταῦτα εἰς Ἕλληνας ἀπὸ τῆς ἡλικίας τοῦ Κέκροπος. *Inde longo post tempore Saturnum, Iovem, Rheamque, & Iunonem, inter deos retulerunt: eaque omnia in Græciam translata sunt à Cecropis ætate.* Denique Minervæ item simulacrum primus posuit. Eusebius, De Præp. Euang. l. x. Καὶ πάλιν (ὁ Κέκροψ λέγεται) πρῶτος Ἀθηνᾶς ἄγαλμα συστήσασθαι. *Ac rursum Minervæ signum primus Cecrops collocasse memoratur.* Atque hinc Minervam Apuleius *Cecropiam* dixisse existimari potest, Met. lib. XI. *Me primigenii Phryges Pessinuntiam nominant, deûm matrem: hinc autochthones Attici Cecropiam Minervam.* Consecravit etiam arce, in Minervæ Vrbanæ fano, Mercuriam, è ligno. Pausanias, in Atticis. Κεῖται δὲ ἐν τῷ ναῷ τῆς Πολιάδος (Ἀθηνᾶς) Ἑρμῆς ξύλου, Κέκροπος εἶναι λεγόμενον ἀνάθημα. *Est autem in Vrbanæ (Minervæ) fano Mercurius è ligno, quem Cecropis donarium esse ferunt.*

CAP. X.

Ejus tempore Corybantes profugi, cum matre Combâ, Athenas veniunt; & inhabitant, donec ille patrem Socum, qui ejecerat, interficeret. Etiam Minervæ contentio cum Neptuno de Athenis tunc evenit; in qua superior Minerva, Vrbem à suo nomine dixit. Lutatii locus emendatus. Ejus rei in memoriam festum celebratum

tum fuit: sed Neptunus, ægrè ferens, aquis Atticam afflixit. Cujus iram Athenienses ut sedarent, triplici pœna mulieres, quæ suffragiis superaverant, affecerunt. Ejus rei monumenta postea in arce posita, usque ad Pausaniæ tempora permansere. Fabula illa quare, & à quibus, ficta; quando item accidisse, & quo die, memoretur: isque mensi pòst exemptus. Κέκροψ, *dici postea impostor cœpit: atque illud qua de causa.*

EIus tempore Corybantes, à patre Soco Creta ejecti, cum matre Comba, profugi Athenas sese recepêre: atque ibi habitarunt, quoad Socum tandem ipse interficeret. Nonnus, ubi de illis agit, Dionys. lib. XIII.

Οὕς ποτε, δυσσεβίης κεκορυθμένος ἄφρονι κέντρῳ,
Σῶκος ἀλιζώνοιο πατὴρ νοσφίσατο πάτρης,
Κόμβης ἑπτατόκου μετὰ μητέρος· οἱ δὲ φυγόντες,
Κνώσσιον οὖδας ἵκοντο. καὶ ἐμπαλιν ἦσαν ἀλῆται
Ἐς Φρυγίην Κρήτηθεν, ἀπὸ Φρυγίης ἐς Ἀθήνας.
Ἀλλοδαποὶ ναετῆρες ὁμέστιοι· εἰσόκε Κέκροψ
Σῶκον ἀπηλοίησε δίκης ποινήτορι χαλκῷ.

Quos olim, impietatis insano armatus stimulo,
Socus pater mari cincta ejecit patria,
Cum Comba, septem liberorum matre. Hi verò, fugientes,
Ex Creta in Phrygiam, & è Phrygia Athenas,
Peregrini convictores habitatores; donec Cecrops
Socum occidit justitiæ vindice ferro.

Contentio Minervæ quoque, & Neptuni, de Athenis, ejus tempore accidisse memoratur. Eusebius, Chron. lib. I. Ἡ τῶν θεῶν κρίσις Ποσειδῶνος καὶ Ἀθηνᾶς ἐπὶ Κέκροπος μυθεύεται Ἕλλησι περὶ χώρας. Hieronymus ita vertit. *Deorũ judicium Neptuni, & Minervæ, de contentione regionis, apud Cecropem.* Et in hac contentione Cecrops judex

refertur. Scholiastes Homeri, Iliad. lib. XVII. Ποσειδῶν, καὶ Ἀθηνᾶ, περὶ τῆς Ἀττικῆς ἐφιλονείκουν. καὶ Ποσειδῶν ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως τῆς Ἀττικῆς κρούσας τῇ τριαίνῃ, κῦμα θαλάσσης ἐποίησεν ἀναδοθῆναι· Ἀθηνᾶ δὲ ἐλαίαν. κριτὴς δὲ αὐτῶν γενόμενος Κέκροψ, ὁ τῶν τόπων τῆς Ἀττικῆς βασιλεὺς, τῇ θεῷ προσένειμε τὴν χώραν, εἰπών· ὅτι θάλασσα μέν, ἐστὶ πανταχοῦ· τὸ δὲ φυτὸν τῆς ἐλαίας, ἴδιον Ἀθηνᾶς. *Neptunus & Minerva, de Attica contendebant; at Neptunus, in arce Atticæ tridente feriens, aquam marinam prodire fecit: Minerva verò, oleam. Iudex autem factus Cecrops, Atticæ rex, deæ regionem adjudicavit, dicens; mare quidem, ubivis esse: sed oleam, Minervæ propriam* Inde Nonnus, Dionysiac. lib. XXXVI.

Μή σε λίπῃ φοίνικος ἔρως καὶ μνῆστις ἐλαίης·
Τίς πάλιν, Ἐννοσίγαιε, δικασπόλος ἐνθάδε Κέκροψ;
Nec te relinquat palmæ amor, neque recordatio olivæ:
Quis rursus, Neptune, hic judex Cecrops?

Iterum, lib. XLIII.

Ἀλλὰ παλαιοτέρην μετὰ Παλλάδα μάρτυρι Βάκχῳ
Κέκροψ ἄλλος ἵκοιτο δικασπόλος, ὄφρα καὶ αὐτὴ
Ἄμπελος ἀείδοιτο φερέπτολις, ὥσπερ ἐλαίη.
Sed antiquiorem post Palladem testi Baccho.
Cecrops alius veniat judex, ut & ipsa
Vitis decantetur urbem ferens, tanquam oliva.

Alii, Cranaum judicem faciunt: rursum alii Erechtheum. Sed Apollodorus tradit, duodecim deos litem illam disceptasse, lib. III. Ἐπὶ τούτου (τοῦ Κέκροπος,) φασὶν, ἔδοξε τοῖς θεοῖς πόλεις καταλαβέσθαι, ἐν αἷς ἔχειν τιμὰς ἰδίας ἕκαστος. ἧκεν οὖν πρῶτος Ποσειδῶν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, καὶ, πλήξας τῇ τριαίνῃ κατὰ μέσην τὴν ἀκρόπολιν, ἀνέφηνε θάλασσαν, ἣν νῦν Ἐρεχθηΐδα καλοῦσι. μετὰ δὲ τοῦτον, ἧκεν Ἀθηνᾶ· καὶ, ποιησαμένη τῆς καταλήψεως Κέκροπα μάρτυρα, ἐφύτευσεν ἐλαίαν, ἣ νῦν ἐν τῷ πανδροσίῳ δείκνυται. γενομένης δὲ ἔριδος ἀμφοῖν περὶ τῆς χώρας,

ρας, Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα διαλύσας Ζεὺς, κριτὰς ἔδωκεν· οὐχ, ὡς εἶπον τινὲς, Κέκροπα, ἢ Κραναὸν, οὐδὲ Ἐρεχθέα· θεοὺς δὲ δώδεκα· καὶ, τούτων δικαζόντων, ἡ χώρα τῆς Ἀθηνᾶς ἐκρίθη, Κέκροπος μαρτυρήσαντος, ὅτι πρώτη τὴν ἐλαίαν ἐφύτευσεν. *Sub hoc, (Cecrope,) ajunt, visum fuit diis urbes capere, in quibus honores sibi unusquisque proprios habiturus esset. Primus igitur Neptunus venit in Atticam; ac, percusso media in arce solo, mare provenire fecit, etiamnum Erechthéum appellatum. Venit post hunc & Minerva; atque, capto occupationis suæ teste Cecrope, oleam plantavit: quæ nunc etiam in Pandrosi fano visitur. ac, cùm ambo de regione concertarent, Iupiter, Minervam & Neptunum dirimens, judices dedit; non, ut memorant nonnulli, Cecropem, aut Cranaum, aut Erechtheum, sed deos duodecim: quibus litem disceptantibus, postquam Cecrops testaretur, oleam prius à Minerva plantatam esse, regio Minervæ adjudicata fuit.* Ovidius, de judicibus quidem, idem dicit; verùm variat in eo, quod productum à Neptuno equum dicat, & non aquam: ita enim verba ejus sese habent, Metamorph. lib. VI.

Cecropiâ Pallas scopulum Mavortis in arce
Pingit, & antiquam terræ de nomine litem.
Bis sex cælestes, medio Iove, sedibus altis
Augusta gravitate sedent. sua quemque deorum
Inscribit facies. Iouis est regalis imago.
Stare deum pelagi, longoque ferire tridente
Aspera saxa facit, medioque è vulnere saxi
Exiluisse ferum, quo pignore vindicet urbem.
At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam;
Dat galeam capiti, defenditur ægide pectus:
Percussamque suâ simulat de cuspide terram
Edere cum baccis fœtum canentis olivæ.

Statius, Theb. XII.

Ipse

Ipse quoque in pugnas vacuatur collis, ubi ingens
Lis superûm, dubiis donec nova surgeret arbor
Rupibus, & longa refugum mare frangeret umbra

Vbi quamquam Statius de mari dicat, à Neptuno producto, tamen Lutatius, vetus Interpres, de equo tradit. *Dicit arcem Thebarum, (scribo, Athenarum,) de quâ Neptuno, & Minervæ, dicitur fuisse certamen. percussa Neptuno terra, equum dedit indicium belli : Minervæ verò olivam, pacis insigne.* De equo, etiam Virgilius auctor, Georgic. lib. I.

—— tuque ô, cui prima frementem
Fudit equum, magno tellus percussa tridente.

Ac videndus illic Servius. Augustinus, de aqua cõsentit: quamquam rem hanc cæteroquin aliter referat. Ecce verba, De Civit. dei lib. XVIII. cap. IX. *Vt Athenæ vocarentur, quod certè nomen à Minervâ est, quæ Græcè Ἀθηνᾶ dicitur, hanc causam Varro indicat. Cùm apparuisset illis repentè olivæ arbor, & alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista moverunt; & misit ad Apollinem Delphicum, sciscitatum: quid intelligendum esset, quidve faciendum. Ille respondit; quod olea, Minervam significaret : unda, Neptunum. & quod esset in civium potestate, ex cujus nomine potius duorum deorum, quorum signa illic essent, civitas vocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto, cives omnes utriusque sexus, (mos enim tunc in iisdem locis erat, ut etiam fœminæ publicis consultationibus interessent,) ad ferendum suffragium convocavit. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, fœminæ pro Minerva tulere sententias: &, quia una plus est inventa fœminarum, Minerva vicit.* Freculphus, Chron. Tom. I. lib. II. cap. VII. *Deorum judicium Neptuni, & Minervæ, de contentione regionis, apud Cecropem actum fuisse confingitur, hunc in modum.* Ac deinde ipsis Augustini verbis, quę jam

jam posui, rem enarrat : ut & Abbas Vrspergensis. Itaque dirempta in hunc modum lite, suo nomine Minerva urbem Athenas dixit : at Neptunus, animo iniquo ferens, se hac causa cecidisse, immisso ad campũ Thriasium mari, Atticam totam inundavit. Apollodorus, loco citato. Ἀθηνᾶ μὲν οὖν ἀφ᾽ ἑαυτῆς τὴν πόλιν ἐκάλεσεν Ἀθήνας· Ποσειδῶν δὲ, θυμῷ ὀργισθεὶς, τὸ Θριάσιον πεδίον ἐπεκάλυψε, καὶ τὴν Ἀττικὴν ὕφαλον ἐποίησεν. *Minerva itaque de seipsa urbem Athenas nominavit : sed Neptunus, animo iratus, Thriasium campum obruit, Atticamque universam mari mersit.* Augustinus, loco citato, præter illam quasi regionis pœnam, alias tres fæminarum item ponit. nempe, ex eo constitutum, ut suffragium nulla deinceps ullum ferret; neve ultra Ἀθηναῖαι, sicut antè, dicerentur : &, ne liberi matris nomine vocarentur. Verba ejus ecce ista. *Tunc Neptunus iratus, marinis fluctibus exæstuantibus terras Atheniensium populatus est. cujus ut iracundia placaretur, triplici supplicio dicit idem auctor ab Atheniensibus affectas esse mulieres; ut nulla ulterius ferrent suffragia : ut nullus nascentium maternum nomen acciperet : ut ne quis eas* Ἀθηναίας *vocaret*. Ac paullo post iterum. *In mulieribus, quæ sic punitæ sunt, & Minerva, quæ vicerat, victa est; nec affuit suffragatricibus suis, ut, suffragiorum deinceps perdita potestate, & alienatis filiis à nominibus matrum,* Ἀθηναίας *saltem vocari liceret: & ejus deæ mereri vocabulum, quam viri dei victricem fecerant ferendo suffragium.* Quæ habes etiam apud Albertum Stadensem, in Chronico. Hyginus dicit, nec immissum quidem mare; sed Neptunum voluisse id duntaxat, ac cæpisse : at Mercurium, Iovis jussu, vetuisse. Ecce verba, Fab. CLXIV. *Inter Neptunum, & Minervam cum esset certatio, qui primus oppidum in terra Attica conderet, Iovem judicem ceperunt. Minerva, quod primum*

mum in ea terra oleam sevit, quæ adhuc dicitur stare, secundum eam judicatum est. At Neptunus iratus, in eam terram mare cæpit irrigare velle: quod Mercurius, Iovis jussu, id ne faceret, prohibuit. Rursum alii tradidere, injecisse Atheniensibus Neptunum corrupta consilia: quæ Minerva in melius tamen commutaret. Scoliastes Aristophanis, ad Nubes φασὶν, ὅτι Ποσειδῶν, ἡττηθεὶς τῇ Ἀθηνᾷ, δυσβουλίαν ἐπέβαλεν Ἀθηναίοις· Ἀθηνᾶν δὲ, τὰ βουλευόμενα καλῶς μεταβάλλειν. *Ferunt victum à Minerva Neptunum mala consilia Atheniensibus immisisse: sed Minervam ea semper in melius vertere.* Tamen festum, in memoriam victoriæ, deæ honori celebrarunt. Proclus, in Timæum, Commentario I. ἔτι τοίνυν τὰ νικητήρια τῆς Ἀθηνᾶς παρ' Ἀθηναίοις ἀνύμνηται· καὶ ἑορτὴν ποιοῦνται ταύτην, ὡς τοῦ Ποσειδῶνος ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς νικωμένου. *Quin etiamnum præmia victoriæ Minervæ apud Athenienses celebrata sunt: atque istud festum habent, ceu Neptuno à Minerva superato.* Certè, quod Minervæ munus oleam attinet, & Neptuni item aquam: ejus rei monumentum etiam in arce Athenis sua ætate exstitisse, refert Pausanias, in Atticis. Πεποίηται δὲ καὶ τὸ φυτὸν τῆς ἐλαίας Ἀθηνᾶ, καὶ κῦμα ἀναφαίνων Ποσειδῶν. *Est ibi & Minervæ, oleam producis, simulacrum: & Neptuni item, aquam.* Quin contentio universa, in Parthenone expressa erat. Pausanias, ibidem. Τὰ δὲ ὄπισθεν, (τοῦ Παρθενῶνος,) ἡ Ποσειδῶνος πρὸς Ἀθηνᾶν ἐστιν ἔρις ὑπὲρ τῆς γῆς. *In postica (Parthenonis) parte, Neptuni cum Minerva de terra certamen est.* Totam vero eam fabulam confinxêre prisci Athenarum reges, ut à maris cogitatione cives ad agrorum cultum abducerent. Id accipio ex Plutarcho, in Themistocle. Ἐκ δὲ τούτου τὸν Πειραιᾶ κατεσκεύαζε, τὴν τῶν λιμένων εὐφυΐαν κατανοήσας, καὶ τὴν πόλιν ὅλην ἁρμοττόμενος πρὸς τὴν θάλατταν, καὶ τρόπον τινὰ τοῖς παλαιοῖς

λαιοῖς

λαιοῖς βασιλεῦσι τῶν Ἀθηναίων ἀντιπολιτευόμενος. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ὡς λέγεται, πραγματευόμενοι τοὺς πολίτας ἀποσπάσαι τῆς θαλάσσης, καὶ συνεθίσαι ζῆν μὴ πλέοντας, ἀλλὰ τὴν χώραν φυτεύοντας, τὸν περὶ τῆς Ἀθηνᾶς διέδοσαν λόγον, ὡς, ἐρίσαντος περὶ τῆς χώρας τοῦ Ποσειδῶνος, δείξασα τὴν μορίαν τοῖς δικασταῖς, ἐνίκησε. *Hinc Piraeum, animadversa portus commoditate, exstruxit; totamque urbem ad mare accommodavit. contrariam quodammodo reip. regendæ rationem, ab ea quam veteres Athenienſium reges tenuiſſent, inſtituens. Illi enim, uti ajunt, id operam dantes, ut à mari cives ſuos avocarent, & ad relinquendas naves, atq; agrorum item cultum, aſſuefacerent, divulgarunt, quæ feruntur de Minerva; quod, Neptuno de regione contendente, poſtquam oleam produxiſſet, cauſam ſuam apud judices obtinuerit.* Credebant vero, factam hanc contentionem Boëdromionis die ſecundo: qua de cauſa etiam menſi eum diem eximebant. Idem hoc Plutarchus docet, Sympoſiac. lib. IX. Probl. VI. Τὴν δευτέραν τοῦ Βοηδρομιῶνος ἡμέραν ἐξαιροῦμεν, οὐ πρὸς τὴν σελήνην, ἀλλ' ὅτι ταύτῃ δοκοῦσιν ἐρίσαι περὶ τῆς χώρας οἱ θεοί. *Secundum Boëdromionis diem eximimus, non id lunæ ratione, ſed quod eo de regione dii olim contendiſſe videantur.* Denique, quia Neptunus, qui produxerat equum prior, fraude Cecropis, in Minervam propendentis, ac teſtantis, ab eadem oleam prolatam prius, lite illa cecidiſſet, ut Apollodorus refert, hinc videtur factum eſſe, ut pro homine impoſtore, atque vulpis inſtar vafro, Κέκροψ Græcis diceretur. Docet illud nos Heſychius, in doctiſſimis Gloſſis ſuis Κέκροψ, ἀπατεών, ἢ πίθηκος. *Cecrops, impoſtor, aut vulpes.* Alciphron, in Epiſtolæ Phæbianæ ad Anicetum. Πέπαυσο, Κέκροψ ἄθλιε, καὶ τρέπου κατὰ σεαυτόν. *Deſine, impoſtor miſer, ac tecum verſare.* Ariſtophanes, Equitibus.

Κεκροπίδη κακόβουλε, τί τοῦθ' ἡγεῖ μέγα τοὔργον;
Impostor malesuade, an hoc putas magnum opus?

CAP. XI.

Vxor ejus, Actæi filia, Agraulus; sive, Agraulis: liberi, quatuor. Filius, Erysichthon; qui Delum occupat, & Apollinis Delii illic fanum struit: eaque de re Cedreni locus emendatus, atque error Mariani Scoti ostensus. E delo discedens, & Lucinæ inde signum secum abducens, in itinere ipso moritur: Prasiisque sepelitur, vivo patre. Filiæ tres, Agraulus, Herse, & Pandrosus, custodiendum à Minerva Erichthonium accipiunt. quanquam alii, de Pandroso, & Agraulo; alii, de Pandroso sola id commemorent. Hygini memoriæ lapsus. Minerva Δεάκαυλ⊙. *Earum mors: ejusque causa. Agraulus, in saxum versa, à Mercurio. Vlpiani de illius morte error. Populus, ab ipsa dictus. Ejus filia, item templum; & in eo, jusjurandum à juventute dari solitum: tum & festum, quod* Πλυντήεια *nuncupabant. Etiam sacra. Homo illi apud Cyprios immolatus: & quàm diu. Sacerdotes,* Α'γλαυείδες. *Herse, à Mercurio amata: filiusque ex eo, Cephalus. Ejus festum,* Ἑρσηφόεια. *Pandrosus, item à Mercurio adamata: filiusque ex eo, Ceryx: à quo Cerycum familia. Ejus templum, atque festum.*

VXorem Cecrops habuit Agraulum, Actæi filiam; è qua liberos suscepit, Erysichthonem, filium unicum: filiasque, Agraulum, (sive mavelis Aglaurum, nam indifferenter scribitur apud Auctores;) item Hersen, & Pandrosum. Apollodorus, lib. III. Κέκροψ δὲ γήμας τὴν Ἀκταίου κόρην Ἄγραυλον, παῖδας μὲν ἔσχεν Ἐρυσίχθονα, ὃς ἄτεκνος μετήλλαξε· θυγατέρας δὲ, Ἄγραυλον, Ἕρσην, Πάνδροσον.

Cecrops vero, ductâ uxore filiâ Actæi Agraulo, liberos habuit, Erysichthonem, qui decessit sine prole: filias verò, Agraulum, Hersen, & Pandrosum. Alii, uxorem ejus non Argaulum, sed Agraulidem appellant. Porphyrius, De Abst. lib. II. Τῇ Ἀγραύλῳ, τῇ Κέκροπος, καὶ Νύμφης Ἀγραυλίδος, *Agraulo, filiæ Cecropis, & Nymphæ Agraulidis.* Vxorem ei Actæi filiam, etsi non expresso nomine, & eosdem planè liberos, tribuit etiam Pausanias, in Atticis suis. Ἀποθανόντος Ἀκταίου, Κέκροψ ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν, θυγατρὶ συνοικῶν Ἀκταίου. καὶ οἱ γίγνονται θυγατέρες μὲν, Ἕρση, καὶ Ἄγλαυρος, καὶ Πάνδροσος· υἱὸς δὲ, Ἐρυσίχθων. *Mortuo verò Actæo, excipit principatum Cecrops, qui Actæi filiam uxorem duxerat. eique natæ sunt filiæ quidem, Herse, & Aglaurus, & Pandrosos: filius verò, Erysichthon.* Atque Erysichthon quidem, Delum insulam occupavit. Athen. l. IX. Φανόδημος, ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος, φησὶν, ὡς κατέσχεν Ἐρυσίχθων Δῆλον τὴν νῆσον. *Phanodemus, libro Atthidis secundo, ait, Erysichthonem insulam Delum occupasse.* Et ibidem templum Apollinis Delii struxit. Eusebius. Τὸ ἐν Δήλῳ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Δηλίου ὑπὸ Ἐρυσίχθονος, υἱοῦ Κέκροπος, ἱδρύνθη. Hieronymus. *Apollinis Delii templum ab Erysichthone, filio Cecropis, fabricatum est.* Emendandus est Cedrenus Ἐπὶ τούτου (τοῦ Κέκροπος) τὸ ἐν Δήλῳ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Δηλίου ὑπὸ Ἐρυσίχθονος, υἱοῦ Κέκροπος, ἱδρύνθη. *Sub eo (Cecrope) in Delo fanum Apollinis Delii ab Erysichthone, Cecropis filio, dedicatum est.* Hodie editur: ὑπὸ Ἐριχθονίου, υἱοῦ Κ. *ab Erichthonio, filio C.* Marianus Scotus. *Templum Delii (Apollinis) constructum ab Erysichtone filio Cecropis est.* Verum errat vehementer, dum id tradit factum regis Amphictyonis anno octavo; qui est decimus septimus post mortem Cecropis: quo etiam vivo diem Erysichthon obiit, ut mox dicam. Ac deinde, hinc discedens, Lucinæ quoque si-

mulacrum inde abduxit: quod Athenis in Lucinæ templo positum. Pausanias, in Atticis, ubi de Lucinæ templo. Μόνοις δὲ τοῖς Ἀθηναίοις τῆς Εἰλειθυίας κεκάλυπται τὰ ξόανα ἐς ἄκρους τοὺς πόδας. τὰ μὲν δύο, Κρητικὰ εἶναι, καὶ Φαίδρας ἀναθήματα, ἔλεγον αἱ γυναῖκες· τὸ δὲ ἀρχαιότατον, Ἐρυσίχθονα ἐκ Δήλου κομίσαι. *Apud solos Athenienses simulacra Lucinæ ad summos usque pedes velata sunt: quorum duo, Cretica esse, & à Phædrâ dedicata, fæminæ dicebant: quod vero antiquissimum erat, è Delo Erysichthonem attulisse.* Obiit vero in itinere, dum è Delo Athenâs redit, Prasiisque sepelitur: ubi auctor est Pausanias, ejus sua quoque ætate monumentum extitisse, istis verbis. Ἔστι δὲ μνῆμα ἐπὶ Πρασιαῖς Ἐρυσίχθονος, ὃς ἐκομίζετο ὀπίσω μετὰ τὴν θεωρίαν ἐκ Δήλου, γενομένης οἱ κατὰ τὸν πλοῦν τῆς τελευτῆς. *Est vero monumentum Erysichthonis Prasiis: qui, cum è Delo, quo cum sacris iverat, domum reverteretur, in ipso navigationis cursu accessit.* Decessit autem, vivo etiam tum patre. Idem Pausanias. Οὗτος (ὁ Ἐρυσίχθων) οὐκ ἐβασίλευεν Ἀθηναίων, ἀλλά οἱ τοῦ πατρὸς ζῶντο τελευτῆσαι συνέβη. *Hic (Erysichthon) Atheniensium regnum non accessit, siquidem evenit ipsi, ut vivo patre moreretur.* Filias ejus, planè eodem modo refert Vlpianus, ad Demosthenem, De falsa legatione. Ἄγραυλος, καὶ Ἕρση, καὶ Πάνδροσος, θυγατέρες Κέκροπος· ὡς φησὶν ὁ Φιλόχορος. *Agraulus, & Herse, & Pandrosus, filiæ Cecropis: uti auctor est Philochorus.* Videndus quoque Stephanus, in Ἀγραυλή. Pandrosus vero, Fulgentio Pandora dicitur, Mythologici lib. II. His Minerva Erichthonium, cistæ inclusum, custodiendum commisisse memoratur: ac mandasse, ne inspicerent. Pausanias, in Atticis. Ἀγλαύρῳ δὲ, καὶ ταῖς ἀδελφαῖς, Ἕρσῃ, καὶ Πανδρόσῳ, δοῦναι φασὶν Ἀθηνᾶν Ἐριχθόνιον καθεῖσαν εἰς κιβωτὸν, ἀπειποῦσαν εἰς τὴν παρακαταθήκην μὴ πολυπραγμονεῖν. *Aglauro vero, ejusque sororibus,*

roribus, Herſæ, & Pandroſo, Minervam ajunt Erichthonium, in ciſtam abditum, commiſiſſe, admonitis, ne de depoſito nimis curioſæ eſſent. Hyginus, Fab. CLXVI. *Quem (Erichthonium) cum Minerva clam nutriret, dedit in ciſtula ſervandum Aglauro, Pandroſo, & Herſæ, Cecropis filiabus.* Ovidius, Metamorph. lib. II.

Pallas Erichthonium, prolem ſine matre creatam,
Clauſerat Actæo textâ de vimine ciſtâ;
Virginibuſque tribus, gemino de Cecrope natis,
Servandam dederat, ſed non confeſſa, quid eſſet:
Et legem dederat, ſua ne ſecreta viderent.

Lactantius, de hac ipſa re, lib. I. cap. XVII. *Virgo eum puerum, cum dracone concluſum, & obſignatum, tribus virginibus Cecropidis commendavit.* Neque aliter Antigonus Caryſtius, Hiſt. Mirab. cap. XII. Alii dicunt, tantum duabus commiſiſſe; nempe Aglauro, & Pandroſo. Germanici interpres. *Natus eſt Erichthonius: quem Minerva in ciſta abſcondidit, draconeque cuſtode appoſito, duabus ſororibus, Aglauro, & Pandroſo, commendavit.* Totidem verbis Fulgentius, Mythologici lib. II; niſi quod Pandora ipſi, quæ Pandroſus aliis dicitur: ut jam monui. Rurſum, ſoli Pandroſo creditum depoſitum iſtud, memorat Apollodorus, lib. III. Φευγούσης δὲ αὐτῆς, (τῆς Ἀθηνᾶς,) καὶ τῆς γονῆς εἰς γῆν πεσούσης, Ἐριχθόνιος γίνεται. τοῦτον Ἀθηνᾶ κρύφα τῶν ἄλλων θεῶν ἔτρεφεν, ἀθάνατον θέλουσα ποιῆσαι. καὶ καταθεῖσα αὐτὸν εἰς κίστην, Πανδρόσῳ τῇ Κέκροπος παρακατέθετο, ἀπειποῦσα τὴν κίστην ἀνοίγειν. *Cum vero fugeret ipſa, (Minerva,) caderetque in terram ſemen, naſcitur Erichthonius. Hunc Minerva clam alios deos educabat, immortalem facere volens: atque in ciſta collocatum depoſuit apud Pandroſum, Cecropis filiam: prohibens, ne ciſtam eam aperiret.* Deſtituit memoria Hyginum, cum Erechthei filiabus datum Erich-

Erichthonium custodiendum nobis refert, in Poëtico Astronomico, ubi de Heniocho agit. *Eum (Erichthonium) dicitur Minerva in cista quadam, ut mysteria, contectum, ad Erechthei filias detulisse, & his dedisse servandum: quibus interdixit, ne cistulam aperirent.* Sic peccatum quoque earum, in deposito adservando, variè narrant. Antigonus Carystius, aperuisse cistam Pandrosum, & Agraulum, refert, Hist. Mirab. cap. XII. Τὰς δὲ Κέκροπος θυγατέρας τὰς δύο, Ἄγραυλον, καὶ Πάνδροσον, τὴν κίστην ἀνοῖξαι. *Cecropis vero filias duas, Agraulum, & Pandrosum, cistam aperuisse.* Athenagoras, in Orat. pro Christianis. Καὶ Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς, καὶ μυστήρια, ἄγουσι, καὶ Πανδρόσῳ, αἳ ἐνομίσθησαν ἀσεβεῖν, ἀνοίξασαι τὴν λάρνακα. *Agrauli, & Pandrosi, cæremoniæ, & mysteria peraguntur Athenis: quæ quidem, quod arcam aperuissent, impiè egisse existimatæ sunt.* Apollodorus, culpam impingit Aglauro, & Hersæ. Αἱ ἀδελφαὶ τῆς Πανδρόσου, ἀνοίγουσιν, ὑπὸ περιεργίας. *Pandrosi sorores, præ curiositate, aperiunt.* Aglaurum accusat Ovidius, Metamorph. II.

——commissa duæ sine fraude tuentur,
Pandrosus, atque Herse: timidas vocat una sorores
Aglaurus, nodosque manu diducit.

Ac posteà iterum.

Aspicit hunc oculis iisdem, quibus abdita nuper
Viderat Aglaurus flavæ secreta Minervæ.

Et, ad ejus exemplum, Iosephus Devonius; qui ante annos CCCC De bello Trojano libros sex scripsit, editos sub nomine Daretis Phrygii. Verba ejus, ubi de Minerva loquitur, ita habent, lib. II.

At virgo est: negat Aglaurus, negat anguis apertus.

Quia vero in hac cista, quam Minerva filiabus Cecropis custodiendam commendaverat, draco quoque inclusus

clusus erat, ut Auctores illi tradunt, quos citavi, eam ob rem Sophocli Δερκαῦλος illa nominatur, in Tragœdia, quæ inscribitur, Tympanistæ. Vide Suidam, & Auctorem Etymologici, in Δερκαῦλος. De morte earum, ita traditur. Cum Minervæ, quę vetuerat, ne in cistulam inspicerent, morem minimè gessissent, ita deæ in furorem concitatæ, se præcipites de prærupto arcis loco dejecere. Hyginus, in Poëtico Astronomico, ubi de Heniocho agit. *Sæpius virgines cistulam aperiunt, & anguem viderunt. quo facto, insaniâ à Minerva injectâ, de arce Atheniensium se præcipitaverunt.* Iterum, Fab. CLXVI. *Hæ cum cistulam aperuissent, cornix indicavit. illæ, à Minerva insaniâ objectâ, ipsæ se in mare præcipitaverunt.* Pausanias dicit, paruisse Pandrosum: sed Aglaurum, atque Hersen, eo modo periisse. Πάνδροσον μὲν δή, λέγουσι πείθεσθαι· τὰς δὲ δύο, ἀνοῖξαι γὰρ σφᾶς τὴν κιβωτόν, μανῆναί τε, ὡς εἶδον τὸν Ἐριχθόνιον, καὶ κατὰ τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν μάλιστα ἀπότομον, αὑτὰς ῥῖψαι. *Pandrosum quidem, paruisse ferunt; sorores vero, siquidem cistam aperuerant, furore actas, cum viderent Erichthonium, se de arcis maximè prærupto loco præcipites egisse.* Idem dicit Apollodorus; & adjungit, ex sententia aliorum, à dracone, qui cum Erichthonio erat cistæ inclusus, interfectas. Αἱ ἀδελφαὶ τῆς Πανδρόσου, ἀνοίγουσιν ὑπὸ περιεργίας (τὴν κίστην,) καὶ θεῶνται τῷ βρέφει περιεσπειραμένον δράκοντα· καὶ, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ἀπ' αὐτοῦ διεφθάρησαν τοῦ δράκοντος· ὡς δὲ ἔνιοι, δι' ὀργὴν Ἀθηνᾶς ἐμμανεῖς γενόμεναι, κατὰ τῆς ἀκροπόλεως αὑτὰς ἔρριψαν. *At Pandrosi sorores, quod curiosæ admodum forent, cistam aperiunt, & advolutum circum puerum draconem vident. Neque desunt, qui occisas a dracone ipso dicant: alii tradunt, ob iram Minervæ in furorem actas, de arce se præcipitasse.* Aliud Ovidius tradit de Aglauro; nempe, cum Mercurium vellet aditu ad sororem

Herſen prohibere, commutatam in ſaxum eſſe. Videatur, Metamorph. lib. II. Errat autem vehementer Vlpianus; qui hanc, bello contra Eumolpum, Erechtheo rege, ultro ſeſe pro ſalute patriæ ſuæ morti obtuliſſe refert, Commentario ad Demoſthenis Orat. De falſa legat. iſtis verbis. Λέγουσι δὲ, ὅτι, πολέμου συμβάντος παρ' Ἀθηναίοις ὅτι Εὔμολπος ἐστράτευσε κατὰ Ἐρεχθέως, καὶ μηκυνομένου τούτου, ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων, ἀπαλλαγήσεσθαι, ἐάν τις ἀνέλῃ ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως· ἡ τοίνυν Ἄγραυλος, ἑκοῦσα αὐτὴν ἐξέδωκεν εἰς θάνατον· ἔρριψε γὰρ ἑαυτὴν ἐκ τοῦ τείχους. *Ajunt vero, cum bello peterentur Athenienſes, infeſtum exercitum contra Erechtheum ducente Eumolpo, atque id protraheretur; reſpondit Apollo, finem fore, ſi quis ſemet pro rep. occidiſſet. Agraulus itaque, ultro ſe in mortem obtulit, ac de muro præcipitavit.* Nam non Cecropis filiarum una fuit, quæ ſe bello hoc devovit pro republica, ſed Erechthei, uti infra ſum dicturus: ac repugnat validè temporis intervallum. ſiquidem à fine Cecropis, ad Erechthei principium, anni centum, & novem interſunt. Porrò, Agraulo ex Marte filia fuit, Alcippe. Apollodorus. Ἀγραύλου μὲν οὖν, καὶ Ἄρεος, Ἀλκίππη γίνεται. *Itaque Agrauli quidem filia, & Martis, Alcippe fuit.* Ejuſque mortuæ in honorem populus Agraule dictus. Stephanus. Ἀγραυλὴ δῆμος Ἀθήνησι, τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς· ἀπὸ Ἀγραύλου, τῆς Κέκροπος θυγατρός· *Agraule, populus Athenis, tribus Erechtheidis: ab Agraulo, Cecropis filiâ.* Quin divinos quoque honores habuere, ſtructo templo. Meminit ejus Pauſanias, in Atticis. ὑπὲρ δὲ τῶν Διοσκούρων τὸ ἱερὸν, Ἀγλαύρου τέμενός ἐστιν. *Supra Dioſcurorum vero fanum, eſt Agrauli.* Herodotus, lib. VIII. Ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγραύλου. *Aſcenderunt nonnulli juxta fanum Agrauli, Cecropis filiæ.* Polyænus, lib. I. Οἱ ἐπίκουροι προελθόντες, καὶ τὰ ὅπλα ἀράμενοι,

καὶ-

καὶ ἤνεγκαν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀγραύλου. *Auxiliares progressi, atque arma tollentes, ea in Agrauli templum detulerunt.* Quin etiam Salamine Cypri templum habebat: ut videre est apud Porphyrium, De Abst. lib. II. In eo vero, quod Athenis structum dixi, juventus Attica jusjurandum suum dabat, de tutanda patria, ejusque legibus, ac sacris. De quo vide, quæ iampridem annotavi, Athenarum Atticarum lib. I. cap. VII. Ac sacra illi fieri solita. Athenagoras, Orat. pro Christ. Καὶ Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς, καὶ μυστήρια, ἄγουσι. *Et Agraulo Athenienses cæremonias, ac mysteria, celebrant.* Atque sacerdotes ei constitutæ, Ἀγραυλίδες nuncupatæ. Observo apud Hesychium. Ἀγραυλίδες. ἱέρειαι, παρὰ Ἀθηναίοις. *Aglaurides, sacerdotes, apud Athenienses.* Ita enim eum locum corrigendum monui olim, Attic. Lect. lib. VI. cap. III. Tum & Salamine Cypri, ubi templum item habuisse dixi, sacra illi celebrata: quibus homo immolatus, usq; ad Diomedis tempora. Porphyrius, de Abst. lib. II. Ἐν ἧ τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον ἢ Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ, τῇ Κέκροπος, καὶ Νύμφης Ἀγλαυρίδος, καὶ διέμενε τὸ ἔθος, ἄχρι τῶν Διομήδους χρόνων. *Ac Salamine quidem, quæ olim Coronis dicebatur, mense Cypriis Aphrodisio, immolabatur homo Agraulo, Cecropis, & Nymphæ Agraulidis, filiæ: obtinuitque is mos, usque ad Diomedis tempora.* Theodoretus, Therapeut lib VII Καὶ ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου ἄνθρωπος ἐθύετο τῇ Ἀγραύλῳ. *Et Salamine Cypri homo immolatur Agraulo.* Athenienses, præter templum, atque sacra, etiam festum instituerunt, quod πλυντήρια nuncupabant. Hesychius. πλυντήρια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν ἣν ἐπὶ τῇ Ἀγλαύρῳ, τῇ Κέκροπος θυγατρὶ, ἄγουσιν. *Plynteria, festum Athenis, quod in honorem Aglauri, Cecropis filiæ, celebrabant.* Quod ad Hersen attinet,

 eam

eam amavit Mercurius, caniſtrum ferentem in Minervæ feſto intuitus: & Agraulum, præ invidia prohibere cupientem, quod jam dixi, in ſaxum vertit. Ovidius, Met.lib II.

—— virginibus præſtantior omnibus Herſe
Ibat: eratque decus pompæ, comitumque ſuarum.
Obſtupuit formâ Iove natus: &, æthere pendens,
Non ſecus exarſit, quam cum Balearica plumbum
Funda jacit. ——

Et quæ plura illic canit. Ac potitum ejus concubitu, Cephalumque genuiſſe, diſcimus ex Apollodori iſtis verbis. Ἕρσης δὲ, καὶ Ἑρμοῦ, Κέφαλος. *Herſes verò, & Mercurii, filius Cephalus.* Feſtum quoque ei actum, Ἑρσηφόρια appellatum. Etymologici Auctor. Παρὰ τὴν Ἕρσην, Κέκροπος θυγατέρα, Ἑρσηφόρια. ταύτῃ γὰρ ἦγον τὴν ἑορτήν. *Ab Herſe, Cecropis filia, Herſephoria nominata: illi enim feſtum iſtud celebrabant.* Suidas. Ἑρσηφόρια. τῇ γὰρ Ἕρσῃ ἐπόμπευον, τῇ Κέκροπος θυγατρί. *Herſephoria. quia Herſæ, Cecropis filiæ, pompam ducebant.* Denique, ut ſororem Herſen, ſic Mercurius & Pandroſum adamavit: & Cerycem ex ea ſuſtulit, Cerycum poſteà familiæ auctorem. Videndus Pollux, lib. VIII, cap. IX. ſect. XXII: & Homeri Scholiaſtes, Iliad. α. Quanquam Pauſanias, in Atticis, eum Mercurio, & Aglauro, natum dicat. Accurate hac de re commemoravimus in Syntagmate De Familiis Atticis, in Κήρυκες. Quin conjunctum cum Minerva templum habuit, & communia quoque ſacra. Vide quæ notata mihi in rem iſtam, Attic. Lect. lib. III. cap. XXII: quæ non lubet hic repetere. Feſtum etiam habuiſſe, doceo Græciæ Feriatæ lib. V. Illic vide, ſi eſt tanti.

CAP.

CAP. XII.

Periit in mari rubro; Mosi coætaneus, cujus anno trigesimo quinto regnum incepit. Israëlitæ, ut quidam volunt, anno ejus quadragesimo quinto ex Ægypto educti. Regnavit annos quinquaginta; & sepulcrum ei Athenis structum in arce, in Minervæ fano, idque juxta ejus signum: tum in cœlum quoque illatus, & Aquarius est putatus.

TAndem in mari rubro periit, cum Pharaone, Ægypti rege, persequens Israëlitas. Honorius, in Chronico. *Cum Pharaone submersus est (Cecrops) in mari rubro.* Totidem verbis etiam Albertus Stadensis, in suo Chronico. Nemo hoc quidem alius tradit: verum Mosi coætaneum plures faciunt. Freculphus, Chron. Tom. I. lib. II. cap. VIII. *Sine ulla ambiguitate Moses, & Cecrops, qui primus Atheniensium rex fuit, iisdem fuere temporibus.* Et regnum incepit trigesimo quinto ejus anno. Cyrillus, contra Iulianum, lib. I. *Tricesimo quinto anno Mosis primus regnavit Athenis Cecrops, qui cognominatus Diphyes:* Cecropis vero anno quadragesimo quinto Israëlitas Moses ex Ægypto eduxit. Eusebius. Τῷ τεσσαρακοστῷ πέμπτῳ ἔτει Κέκροπος τοῦ Διφυοῦς, πρώτου βασιλέως τῶν Ἀθηναίων, ἡ ἐξ Αἰγύπτου πορεία τοῦ Ἰσραὴλ διὰ Μωσέως ἐγένετο. *Quadragesimo quinto anno Cecropis Biformis, primi Atheniensium regis, Israëli ex Ægypto excessus per Mosen factus est.* Quadragesimus vero quintus ille annus

 regni

regni Cecropis, Mosi fuit suæ ætatis octogesimus: siquidem, ut ex Cyrillo jam ostendi, regnum is trigesimo quinto Mosis anno inchoavit. Et hoc est, quod Hieronymus, in Eusebiano Chronico, nobis dicit. *Moses, octogesimum agens ætatis annum, dux itineris ex Ægypto Hebræorum gentis efficitur.* Huc pertinet, quod extremo Cecropis tempore eductos ex Ægypto dicit Israëlitas Augustinus, De Civit. dei, lib. XVIII. cap. XI. *Eduxit ergo Moyses ex Ægypto populum dei novissimo tempore Cecropis, Atheniensium regis.* Quæ iisdem penè verbis Iuo, in Chronico. Regnum autem fertur annos quinquaginta tenuisse. Eusebius. Κέκροψ ὁ Διφυὴς τῆς τότε Ἀκτῆς, νῦν δὲ Ἀττικῆς, ἐβασίλευσεν ἔτη πεντήκοντα. Hieronymus. *In Actä, quæ nunc Attica nominatur, primus regnavit Cecrops, qui & Diphyes, annos quinquaginta.* Cedrenus. Οὗτος, (ὁ Κέκροψ,) μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῆς Ἀττικῆς, Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε χρόνους πεντήκοντα. *Hic, (Cecrops,) post Atticæ diluvium, Athenis regnavit annis quinquaginta.* Suidas, in Προμηθεύς. Ἐβασίλευσε δὲ Κέκροψ ἔτη πεντήκοντα. *Regnavit vero Cecrops annis quinquaginta.* Vincentius Bellovacensis, Spec. Hist. lib. II. cap. LIV. *Hujus autem (Cecropis) regni annotantur anni quinquaginta.* Eadem Abbas Vrspergensis, item Marianus Scotus. Sepulcrum eius, Athenis visebatur, in arce. Clemẽs, in Protreptico. Ἐν τῷ νεῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν Λαρίσσῃ, ἐν τῇ ἀκροπόλει, τάφος ἐστὶν Ἀκρισίου. Ἀθήνησι δὲ ἐν ἀκροπόλει, Κέκροπος. *In fano Minervæ Larissæ, in arce, est Acrisii sepulcrum: Athenis vero, in arce, Cecropis.* Idque in Minervæ templo. Arnobius, lib. VI. *In Historiarum Antiochus nono, Athenis in Minervio memorant sepultum esse Cecropem.* Et quidem juxta signum ipsius præsidis Minervæ. Theodoretus, Therap. lib. VIII. Καὶ γὰρ Ἀθήνησιν, ὡς Ἀντίοχος ἐν τῇ ἐννάτῃ γέγραφεν ἱστορίᾳ, ἄνω γε ἐν τῇ ἀκροπόλει, Κέκροπος

κροπός

κροπός ἐστι τάφος, παρὰ τὴν Πολιοῦχον αὐτήν. *Etenim Athenis, uti auctor est Antiochus, in libro nono Historiarum, superius in arce, Cecropis sepulcrum exstat, juxta ipsam Vrbis præsidem Minervam.* Quin illatus quoque in cælum, in Zodiaco locum Aquarii obtinere est putatus. Hyginus, de Aquario agens, Poët. Astronom. lib. II. *Eubulus autem, Cecropem demonstrat esse, antiquitatem generis commemorans; & ostendens, anteqùam vinum traditum sit hominibus, aquâ in sacrificiis deorum usos esse: & ante Cecropem regnasse, quàm vinum sit inventum.* Certè in cælo, peplo intexto, inter signa quæ recenset, commemorat etiam Euripides, in tragædia Iove, & crateres illi tribuit, ceu Aquario.

Καθ' εἰσόδους δὲ, Κέκροπα, θυγατέρων πέλας,
Σπείραις συνειλίσσοντ', Ἀθηναίων τινὸς
Ἀνάθημα· χρυσέους τ' ἐν μέσῳ συσσιτίῳ
Κρατῆρας ἔστησ'. ———

Ad januam vero, Cecropem, prope filias,
Involutum nodis, Atheniensium cujusdam
Donarium: aureosque in medio convivio
Crateres statuit. ———

Cap. XIII.

Cranaus, Cecropis successor. Honorii de eo locus, & Freculphi, Iunonisque, emendatus. Isocratis memoriæ lapsus. Attica ab illo Cranae appellata. Menander rhetor restitutus. Athenæ, Cranaæ nuncupatæ: ac Grammaticorum error super hac re indicatus. Athenienses, item Cranai; & confusio in hac re ostensa Herodoti: quem secuti, Marianus, & Eustathius. Quatuor tribus ab eodem aliis nominibus dictæ.

Cecrope vita defuncto, regnum Cranaus accepit, homo indigena. Apollodorus. Κέκροπος δὲ ἀποθανόντος,

κραναὸς * αὐτόχθων. *Postquam vero diem Cecrops obiisset, Cranaus * indigena* Eusebius. Κραναοῦ τούτου, δευτέρου βασιλέως, θυγάτηρ ἦν Ἀτθίς. *Cranai hujus, secundi regis, filia erat Atthis.* De ejus nomine corruptus est Honorii locus, in Chronico, ubi Menander vocatur, sine ullo veri nominis vestigio. *Post hunc, (Cecropem,) regnavit Menander.* Corruptus etiam Freculphus, apud quem Cradavus dicitur, Tomi I. lib. II. cap. VIII *Eo tempore secundus Atheniensium rex Cradavus erat.* Restitue: *rex Cranaus erat.* Item Iuo, in Chronico: apud quem Carnao dicitur. *Cecropi vero Carnao successit, sub quo Deucalionis diluvium fuit.* Corrigendum. *Cecropi vero Cranaus successit.* Memoriâ labitur Isocrates, Erichthonium Cecropi successorem tribuens, in Panathenaicâ suâ. Ἐριχθόνιος μὲν γὰρ, ὁ φὺς ἐξ Ἡφαίστου καὶ Γῆς, παρὰ Κέκροπος, ἄπαιδος ὄντος ἀῤῥένων, τὸν οἶκον, καὶ τὴν βασιλείαν, παρέλαβεν. *Nam Erichthonius; Vulcano & Terra genitus, à Cecrope, qui masculis liberis orbus decesserat, hæreditatem, & regnum, accepit.* Quippe inter Cecropem, & Erichthonium, reges duo interfuere; Cranaus hic, & Amphictyon: de quo mox dicturi sumus. A Cranao vero, Attica nominata Cranaë. Stephanus. Κραναὴ, οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Ἀττικὴ, ἀπὸ Κραναοῦ. *Cranaë. ita & dicta Attica, à Cranao.* Corrigendus est Menander rhetor, Cap. Πῶς δεῖ ἀπὸ γένους πόλιν ἐγκωμιάζειν. Τὴν γὰρ αὐτὴν χώραν, ποτὲ μὲν Κραναὴν, ποτὲ δὲ Κεκροπίαν, ποτὲ δὲ Ἀκτὴν, ποτὲ δὲ Ἀττικὴν κεκλήκασι. *Eandem enim regionem, aliquando Cranaen, aliquando Cecropiam, aliquando Acten, aliquando vero Atticam indigetarunt.* Perperam editur: Ποτὲ μὲν Καρθμίαν, ποτὲ δὲ Κεκροπίαν. *aliquando quidem Carthmiam, aliquando vero Cecropiam.* Eustathius, in Dionysium. Ἡ κατὰ Ἀθήνας χώρα λέγεται καὶ Ἀτθὶς, ἀπὸ Ἀτθίδος, τῆς θυγατρὸς Κραναοῦ. ἀφ' οὗ καὶ Κραναὴ λέγεται. *Quæ*

circa

circa Athenas regio est, dicitur etiam Atthis; ab Atthide, filia Cranai: à quo etiam Cranaë dicitur. Sic Athenæ ipsæ, Cranaæ. Pindarus, Olymp. Od. VII.

Καὶ Κρανααῖς ἐν Ἀθήναις.
Et Cranais Athenis. Et Nem. Od. VIII.
Οἵ τε Κρανααῖς ἐν Ἀθή-
ναισιν ἁρμόζον στρατόν.
Et qui Cranais Athe-
nis gubernabant populum.

Aristophanes, in Avibus.

Ἔπειτα μείζω τῶν Κραναῶν ζητεῖς πόλιν;
Postea majorem Cranais quæris urbem?

Atque iterum, Atharnensibus.

——— ὦ Κραναὰ πόλις,
Ἆρ' αἰσθάνει τὸν κατάγελων τῶν πρέσβεων;
——— *ô Cranaæ urbs,*
An non sentis ludibrium legatorum?

Quibus locis veteres interpretes afferunt duas explicationes, nominisque rationes; unam nempe, à rege Cranao: alteram vero, ab asperitate lóci. Idem facit quoque Suidas, in κραναῶν. Verum manifeste errant, in postrema ratione. Scio equidem, κραναὸν Græcis asperum dici: verum, istud hic valere, sane nego. Etenim, si admittamus, quævis urbes, quæ ingenio loci tales, Cranaæ deberent dici: nunc, præter Athenas solas, nullam aliam sic invenias appellari. Certè Hesychius, unus omnium Grammaticorum eruditissimus, solam à Cranao rationem nominis ponit. κραναὴν πόλιν· τὰς Ἀθήνας, ἀπὸ Κραναοῦ. *Cranaën urbem: Athenas, à Cranao.* Denique eodem modo Cranai Athenienses nuncupati Strabo, lib. IX. Ἀτθίδα δή, καὶ Ἀττικήν, (φασίν,) ἀπὸ Ἀτθίδος, τῆς Κραναοῦ· ἀφ' οὗ καὶ Κραναοὶ, οἱ ἔνοικοι. *Atthidem vero, & Atti-*

cam,(dicunt,)ab Atthide, Cranai filiâ: à quo Cranai dicti incolæ. Confundit tempora Herodotus; qui Pelaſgis regionem poſſidentibus, Cranaos vocatos dicit, ut Cecropidas poſtea à rege Cecrope: cum Cranaus tamen, à quo demum Cranaos vocatos certum eſt, Cecrope poſterior fuerit. Verba ejus ecce iſta, lib. VIII. Ἀθηναῖοι δὲ, ἐπὶ μὲν τῶν Πελασγῶν, ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλεομένην, ἔσαν Πελασγοὶ, ὀνομαζόμενοι Κραναοί· ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος, ἐκλήθησαν Κεκροπίδαι. *Athenienſes vero, ſub Pelaſgis quidem, cum illi eam, quæ nunc Græcia appellatur, obtinerent, Pelaſgi erant, Cranai dicti: ſub rege autem Cecrope, Cecropidæ ſunt appellati.* Et ex Herodoto Marcianus, in ſua Periegeſi.

Ἑξῆς Ἀθήνας φασὶν οἰκητὰς λαβεῖν
Τὸ μὲν Πελασγοὺς πρῶτον, οὓς δὴ καὶ λόγος
Κραναοὺς καλεῖσθαι· μετὰ δὲ Κεκροπίδας,
Κέκροπος δυναστεύσαντος. ———
Dehinc Athenas ajunt habitatores accepiſſe
Primò quidem Pelaſgos, quos ſane etiam ferunt
Cranaos vocari: poſtea verò Cecropidas,
Cecrope rerum potito. ———

Item Euſtathius, in Dionyſium. Ἱστορεῖ δὲ ὁ αὐτὸς, (Ἡρόδοτος) ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι, Κραναοὶ καλούμενοι, ὅμως, ἐπὶ Πελασγῶν ἐχόντων τὴν Ἑλλάδα, Πελασγοὶ ὠνομάζοντο· ἐπὶ δὲ Κέκροπος, ἐκλήθησαν Κεκροπίδαι. *Tradit vero etiam ille ipſe, (Herodotus,) quod Athenienſes, Cranai dicti, tamen ſub Pelagis, Græciam tenẽtibus, Pelaſgi fuerint appellati: ſub Cecrope vero, Cecropidæ ſint nuncupati.* Deniq;, quatuor Vrbis tribubus, quæ à Cecrope appellatę, Κεκροπὶς, Αὐτόχθων, Ἀκταία, Παραλία, ut ſupra dixi, cap. VII, alia ipſe nomina dedit: voluitque, ut deinceps dicerentur, Κραναὶς, Ἀτθὶς, Μεσόγαια, Διακρίς. Pollux, lib. VIII. cap. IX. ſect. XXXI. Καὶ αἱ φυλαὶ, τέως μὲν

ἐπὶ

ἐπὶ Κέκροπος, ἦσαν τέσσαρες, Κεκροπὶς, Αὐτόχθων, Ἀκταία, Παραλία· ἐπὶ δὲ Κραναοῦ μετωνομάσθησαν, Κραναῒς, Ἀτθὶς, Μεσόγαια, Διακρίς. *Et tribus, antea quidem sub Cecrope, quatuor erant; Cecropis, Indigena, Actæa, Maritima: sub Cranao, mutato nomine, appellatæ, Cranaïs, Atthis, Mediterranea, Montana.*

Cap. XIV.

Vxor ejus; filiæque, Cranaë, Cranæchme, & Atthis: à qua nuncupata Attica, uti item dialectus. Iamblichi memoriæ lapsus. Minerva quoque, Belonica cognomento appellata: è qua, & Vulcano, natus Erichthonius. Filius, Rharus; qui hospitio Cererem errantem excepit: unde ea filium hujus Triptolemum, seu nepotem, agriculturæ artem docuit. Campus, ab hoc Rharius dictus; ubi fruges primum natæ: unde hordeum ad molas, atque liba, sumi solitum. Sacra aratio ibidem. Terra, Rharia: Ceres, Rharias. Ac fortasse filius quoque ejus Mopsopus, sive Mopsops: à quo Attica Μοψοπία *appellata. Eustathii error; item Stephani: cujus obiter etiam locus emendatur. Filiarum una, nupta Amphictyoni: qui dejecit eum regno, postquam illud annos novem tenuisset. Dejectus, fugit ad Lamprenses: apud quos decedit, atq; sepelitur. Ejusq; illic monumentum, usque ad Pausaniæ tempora: idque quantum annorum intervallum fuerit, computatum. Divini quoque ipsi honores constituti: & sacerdos, ex familia Charidarum.*

UXorem habuit Pediadem, Menetis Lacedæmonii filiam; ex eaque filias tres, Cranaën, Cranæchmen, Atthidemque: quæ cum virgo decessisset, Atticam ab ejus nomine appellavit. Apollodorus, lib. III. οὗτος, (ὁ Κραναὸς,) γήμας ἐκ Λακεδαίμονος Πεδιάδα τὴν Μήνητος, ἐγέννησε

Κραναὴν, καὶ Κραναίχμην, καὶ Ἀτθίδα. ἧς ἀποθανούσης ἔτι παρθένου, τὴν χώραν Κραναὸς Ἀτθίδα προσηγόρευσε. *Hic (Cranaus,) ducta uxore ex Lacedæmone Pediade Menetis filia, genuit Cranaen, & Cranæchmen, & Atthidem: quæ cum etiam tum virgo obiisset, regionem Cranaus Atticam appellavit.* Ac de Atthide, Atticaq; ab ea denominata, etiā Pausanias refert, in Atticis. Κραναῷ δὲ θυγατέρας καὶ ἄλλας, καὶ Ἀτθίδα γενέσθαι λέγουσιν· ἀπὸ ταύτης ὀνομάζουσιν Ἀττικὴν τὴν χώραν. *Cranao autem cum alias filias, tum Atthidem fuisse dicunt: atque ab ea regionem Atticam vocant.* Iustinus, lib. II *Huic (Cecropi) successit Cranaus: cujus filia Atthis regioni nomen dedit.* Et consensu tradunt, Strabo, Eusebius, Hieronymus, Marianus Scotus, alii. Epiphanius Atthidem hanc Inachi filiam, alio nomine Ionem dictam esse tradit. Verba ecce tibi ista, Adv. Hær. lib. I Ἦν δὲ καὶ ἐκεῖνο καιροῦ Ἴναχος παρ' Ἕλλησι γνωριζόμενος· οὗ θυγάτηρ Ἰὼ, ἡ καὶ Ἀτθὶς καλουμένη, δι' ἣν καὶ ἡ Ἀττική. *Erat vero secundum illud tempus Inachus apud Græcos celebris; cujus filia Io fuit, quæ & Atthis appellata: à qua Attica nomē habet.* Joannes Tzetzes, etiam Minervam nominat, Erichthonii ex Vulcano matrem, Chil. V. cap. XIX.

Ὁ Ἐριχθόνιος δ', αὐτὸν διώξας, βασιλεύει,
Ἡφαίστου παῖς, καὶ Ἀθηνᾶς τῆς Κραναοῦ, ὑπάρχων.
Erichthonius verò, ipso pulso, regnum capit:
Vulcani filius, & Minervæ Cranai, existens.

Et hanc Belonicam dictam cognomento, discimus ex Isacio Tzetze, Comment. ad Lycophronem: quanquam ille Brontei esse filiam, non Cranai, dicat. Καὶ τὰ περὶ Ἀθηνᾶς, καὶ Ἡφαίστου, οὕτως ἐστίν. Ἀθηνᾷ τινὶ βασιλίδι, τῇ καὶ Βελονίκῃ λεγομένῃ, θυγατρὶ δὲ Βροντέου ὑπαρχούσῃ, Ἥφαιστος, γάμῳ μιγεὶς, γεννᾷ Ἐριχθόνιον, ὃς ἐβασίλευσεν Ἀττικῆς. *Quod ad Minervam attinet, & Vulcanum, ita habet. Minerva cuidam*

dam reginæ, etiam Belonica dicta, Brontei filiæ, matrimonio junctus Vulcanus, gignit Erichthonium, qui Atticæ regnum tenuit. Vti autem regio, ab Atthidis nomine, dicta Attica, ita quoque dialectus. Philoponus, in Technicis. Διάλεκτός, ἐστι γλώττης ἰδίωμα. εἰσὶ δὲ Διάλεκτοι πέντε· Ἀτθὶς Δωρὶς, Αἰολὶς, Ἰὰς, Κοινή· καὶ Ἀτθὶς μὲν, ἐκλήθη ἀπὸ Ἀτθίδος, τῆς Κραναοῦ θυγατρός. *Dialectus, est linguæ proprietas. Sunt autem dialecti quinque: Attica, Dorica, Æolica, Ionica, Communis. Et Attica quidem, vocata est ab Atthide, Cranai filiâ.* Nec memoria cõstat Iamblicho: qui Creusæ, Erechthei filiæ, id adscribit, De Vita Pythagoræ, lib. I. cap. XXXIV. Filium quoque unum invenio, Rharum nomine. Hesychius nos de eo docet. Κραναοῦ υἱὸς Ῥάρος. *Cranai filius Rharus.* Atque is Triptolemi pater memoratur. Idem Hesychius, alio loco. Ῥάρος, ὄνομα τοῦ Τριπτολέμου πατρός. *Rharus, nomen Triptolemi patris.* Pausanias, in Atticis, ex Chærilo. Χοιρίλῳ δὲ Ἀθηναίῳ, δρᾶμα ποιήσαντι Ἀλόπην, ἐστὶν εἰρημένα, Κερκυόνα εἶναι καὶ Τριπτόλεμον ἀδελφοὺς, τεκεῖν δὲ σφᾶς θυγατέρα Ἀμφικτύονος· εἶναι δὲ πατέρα Τριπτολέμῳ μὲν Ῥάρον, Κερκυόνι δὲ Ποσειδῶνα. *Chærilus verò Atheniensis, qui fabulam Alopen fecit, auctor est, Cercyonem ac Triptolemum fratres esse, atque natos filia Amphictyonis: & Triptolemo quidem Rharum, Cercyoni Neptunum patrem existere.* Alii volunt, Rharum quidem filium habuisse Celeum: atque hujus, Triptolemum esse. Suidas. Ῥάρος ἔσχεν υἱὸν Κελεὸν· Κελεὸς δὲ, Τριπτόλεμον. *Rharus, habuit filium Celeum: Celeus autem, Triptolemum.* Hic errantem Cererem, ac Proserpinam quærentem, hospitio excepit: in cujus rei gratiam dea Triptolemum, nepotem ejus, agriculturam docuit. Suidas, ibidem. Ὁ δὲ Ῥάρος, πλανωμένην τὴν Δήμητραν καὶ ζητοῦσαν τὴν Κόρην, ὑπεδέξατο ἐν τῷ οἴκῳ. ὑπὲρ τῆς τοιαύτης οὖν χάριτος ἡ Δημήτηρ τὸν ἀπόγονον

Ῥάρου Τριπτόλεμον ἐδίδαξε τὴν τοῦ σίτου γεωργίαν. *Rharus autem, Cererem errantem, & Proserpinam quærentem, hospitio excepit. Itaque pro tali beneficio Ceres nepotem Rhari Triptolemum docuit artem comparandi ex agricultura frumenti.* Quamobrem & Ceres cognomento Rharias dicta: uti quoque Rharius campus Eleusine, & Rharia terra. Stephanus. Ῥάριον πεδίον, ἐν Ἐλευσῖνι· καὶ Ῥαρία γῆ, καὶ Ῥαριὰς ἡ Δημήτηρ. *Rharius campus, Eleusine: & Rharia terra, ac Rharias Ceres.* Atque in Rhario quidem campo, satas primùm fruges esse, ideoq; hordeũ, demessum inde, in sacris Athenienses adhibuisse ad molas, & liba, refert Pausanias, in Atticis. Ἐλευσινίοις δὲ ἔστι μὲν Τριπτολέμου ναός· τὸ δὲ πεδίον τὸ Ῥάριον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρπούς. καὶ διὰ τοῦτο οὐλαῖς ἐξ αὐτοῦ χρῆσθαι σφίσι, καὶ ποιεῖσθαι πέμματα ἐς τὰς θυσίας καθέστηκεν. *Apud Eleusinios Triptolemi ædes est; campum verò Rharium primum consitum, frugesque ibi adolevisse, commemorant: ideoque hordeum, ex eo sumptum, in sacris ad molas, & liba, adhibere.* Et sacrarum arationum, trium numero, una in hoc campo erat. Plutarchus, in Præceptis Conjug. Ἀθηναῖοι τρεῖς ἀρότους ἱεροὺς ἄγουσι· πρῶτον, ἐπὶ Σκίρῳ. δεύτερον, ἐν τῇ Ῥαρίᾳ. *Athenienses tres arationes sacras obeunt; unam, in Sciro: alteram, in terra Rharia.* Cereris vero Rhariadis, meminit etiam Suidas. Ῥαριὰς, ἡ Δημήτηρ. *Rharias, Ceres.* Ac fortassis ejus quoque filius fuerit Mopsopus: de cujus nomine Attica dicta Μοψοπία. Conjecturam è Strabonis verbis facio, lib. IX. Ἀτθίδα δὲ, καὶ Ἀττικὴν, (καλεῖσθαι λέγουσιν,) ἀπὸ Ἀτθίδος, τῆς Κραναοῦ. Μοψοπίαν δὲ, ἀπὸ Μοψόπου. *Atthidem vero, & Atticam, (vocari ajunt,) ab Atthide, filia Cranai: Mopsopiam autem, à Mopsopo.* Meminitque ejus rursum postea. Ἄλλος δέ ἐστι Μόψοπος, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία. *Ovidius, in Epistola Hermiones ad Orestem.*

Reddi-

Reddita Mopſopiâ Tyndaris urbe ſoror.
Iterum, Metamorph. lib. v.
Mopſopium juvenem ſacros agitate jugales.
Tibullus, lib. I. Eleg. VII.
Liba &, Mopſopio dulcia melle, feram.

Callimacho non Mopſopus dicitur, verum Mopſops. Vide Stephanum, in Μοψοπία. Errat vero Euſtathius, in Dionyſium: qui Mopſum eum, non Mopſopum, dictũ tradit. nam, ſi nomen eſſet Mopſus, Μοψία, nõ Μοψοπία, Attica dici debuiſſet. Idẽ Stephani eſt error, in Μόψιον: ubi male quoq; Μοψοπίαι ſcribitur, pro Μοψόπια. Filiarum vero unam, conjugem Amphictyon duxit, ſeu Cranæchmen, ſive Cranaën; ſiquidem Atthis, uti dixi, diem ſuum innupta obiit: moxque eum, quanquam ſocerum, regno pellit. Pauſanias, Atticis. Κραναῷ δὲ Ἀμφικτύων ἐπαναστὰς, θυγατέρα ὅμως ἔχων αὐτοῦ, παύει τῆς ἀρχῆς. *In Cranaum vero inſurgens Amphictyon tametſi ducta ejus filia, regno eum deturbavit.* Ac rurſum, alio quodam loco Κραναὸν δὲ, τὸν βασιλεύοντα Ἀθηναίων, ἐξέβαλεν Ἀμφικτύων, κηδεστὴν ὄντα. *Cranaum vero, Athenienſium regem, ejecit Amphictyon, ſocerum ſuum.* Cranaum autem regno ſuo dejeciſſe Amphictyonem, atque illud invaſiſſe, etiam Apollodorus nobis refert. Κραναὸν δὲ ἐκβαλὼν Ἀμφικτύων, ἐβασίλευσε. *Cranaum vero Amphictyon poſtquam ejeciſſet, regnum tenuit.* Regnaverat autem annos novem. Cedrenus. καὶ μετ᾽ αὐτὸν, (τὸν Κέκροπα,) Κραναὸς ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. *Ac poſt ipſum, (Cecropem,)* regnavit Cranaus annos novem. Et conſenſu ita tradunt, Euſebius, Hieronymus, Marianus, Abbas Vrſpergenſis, & Vincentius Bellovacenſis. Ac regno pulſus, ad Lamprenſes, Atticæ populum, ſe recepit: ibique, poſtquam diem ſuum obiiſſet, etiam ſepultus fuit. permanſitque item ejus in hoc

populo monumentum, uſque ad Pauſaniæ tempora, qui ſub Hadriano vixit: ad quẽ, inde à fine Cranai, computantur anni amplius mille ſexcenti. Pauſaniæ verba, ita habent. Κραναὸν δὲ, τὸν βασιλεύσαντα Ἀθηναίων, ὅτι μὲν ἐξέβαλεν Ἀμφικτύων, κηδεστὴν ὄντα, ἔτι πρότερον εἴρηταί μοι. φυγόντα δὲ αὐτὸν σὺν τοῖς στρατιώταις ἐς τὸν δῆμον τὸν Λαμπτρέα, ἀποθανεῖν τε αὐτοῦ καὶ ταφῆναι λέγουσι. καὶ ἔστι καὶ ἐς ἐμὲ καὶ ἐν τοῖς Λαμπτρεῦσι Κραναοῦ μνῆμα. *Cranaum vero, Athen:enſium regem, ab Amphictyone ejectum, etſi ſocerum, antea mihi memoratum est. ac cum copiis fugientem ad Lamprenſium populum, diem illic obiiſſe, & ſepultum tradunt. quin etiamnum apud Lamprenſes Cranai monumentum exſtat.* Mortuum, relatum in deos, atque ſacra item ei, velut deo, facta eſſe, hinc colligimus, quod ſacerdos ei fuerit, è familia Charidarum. Id obſervo apud Heſychium, cujus ècce iſta verba. Χαρίδαι, γένος· ἐξ οὗ ὁ ἱερεὺς τοῦ Κραναοῦ. *Charidæ, familia: è qua ſacerdos Cranai.*

CAP. XV.

Cranao dejecto, ſucceſſit Amphictyon: in cujus nomine Auctores varii emendati. Atque is Deucalionis, ſive viri indigenæ, filius. Conventum inſtituit Amphictyorum, abs ſe dictum. Ejus tempore Bacchus, Atticam ingreſſus, & à Semacho exceptus, filiæ ejus pellem hinnuli largitur. Hieronymi negligentia. Amphictyon eum excipit convivio: ſtatuaque in memoriam rei poſita. Vini diluendi modum ab eo doctus, aram quoq; illi ſtatuit, cognomento Recto, in Horarum templo: item Nymphis, juxta iſtam. Legem etiam promulgat, qua inferri in convivia meri paullulum conſtituit: tum & mandat, uti nomen Iovis Servatoris adderent.

ITaque, expulſo Cranao, uti dixi, regnum invaſit Amphictyon; qui non rectè Amphitryon dicitur Mariano Scoto,

Scoto, Abbati Vrſpergenſi, Othoni Friſingenſi, Vincentio Bellovacenſi, & Honorio: Freculpho Amphictios corruptius, & Iſidoro Amphion, ſcribitur. Erat autem filius Deucalionis: vel, ut alii, hominis cujuſdam indigenæ. Apollodorus. Κραναὸν δὲ ἐκβαλὼν Ἀμφικτύων, ἐβασίλευσε. τοῦτον ἔνιοι μὲν, Δευκαλίωνος· ἔνιοι δὲ, αὐτόχθονα λέγουσι. *Cranaum cum ejeciſſet Amphictyon, regnum tenuit. hunc nonnulli, filium Deucalionis: quidam, indigenæ eſſe tradunt*. Deucalionis, etiam Euſebius ſcribit. Ἀθηναίων τρίτος ἐβασίλευσεν Ἀμφικτύων, υἱὸς Δευκαλίωνος. *Tertius Athenienſium rex fuit Amphictyon, filius Deucalionis*. Conſentiunt, Pauſanias in Phocicis; Harpocration, & Suidas, in Ἀμφικτυόνες. Ac minimum natu liberorum tradit Stephanus, in Βοιωτία. Γενέσθαι δὲ φασὶ Βοιωτὸν Ἰτωνοῦ, τοῦ Ἀμφικτύονος, τοῦ καὶ αὐτὸν νεωτέρου τῶν Δευκαλίωνος καὶ Πύῤῥας παίδων. *Bœotum vero ajunt fuiſſe filium Itoni, filii Amphictyonis, minimi natu ſecundum ipſos Deucalionis atque Pyrrhæ liberorum*. Ac conventum Amphictyonum ab hoc inſtitutum cenſent: & ab ejus quoque nomine appellatum. Pauſanias, in Phocicis. καταστήσασθαι δὲ συνέδριον ἐνταῦθα Ἑλλήνων, οἱ μὲν Ἀμφικτύονα τὸν Δευκαλίωνος νομίζουσι· καὶ ἀπὸ τούτου τοῖς συνελθοῦσιν ἐπίκλησιν Ἀμφικτύονας γενέσθαι. *Atque hic quidem conventum Græcorum Amphictyonem inſtituiſſe, filium Deucalionis, arbitrantur: & ab eo factum, ut, qui convenirent, Amphictyones dicerentur*. Harpocration. Ἀμφικτύονες, συνέδριον τί ἐστιν Ἑλληνικὸν, συναγόμενον ἐν θερμοπύλαις. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Ἀμφικτύονος, τοῦ Δευκαλίωνος· ὅτι αὐτὸς συνήγαγε τὰ ἔθνη βασιλεύων, ὡς φησὶ Θεόπομπος. ἐν ὀγδόῃ. *Amphictyones, cōcilium Græcorum quoddam eſt, Thermophylis habitum. nominatum autem id ab Amphictyone, filio Deucalionis; quia ipſe rex cum eſſet, populos eos congregaverit: uti auctor Theopompus, libro octavo.*

Idem etiam Suidas dicit, in Ἀμφικτύονες. Ejus tempore veniens Athenas Bacchus, à Semacho hospitio excipitur: filiæque ejus pellem hinnuli donat. Eusebius. Κατὰ Ἀμφικτύονα, τὸν Δευκαλίωνος υἱόν, τινὲς φασὶ, Διόνυσον, εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐλθόντα, ξενωθῆναι Σημάχῳ, καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ νεβρίδα δωρήσασθαι. *Tempore Amphictyonis, Deucalionis filii, nonnulli ajunt, venientem in Atticam Bacchum, à Semacho hospitio exceptum esse: eumque filiæ ipsius pellem hinnuli donasse.* Quæ sic admodum supinè transtulit Hieronymus. *Deucalionis filius Dionysius, cum in Atticam pervenisset, hospitio receptus à Semacho, filiæ ejus capræ pellem est largitus.* Et transscripsit totidem verbis Marianus. Quin & ipse Amphictyon ei, aliisque diis, epulum præbuit: cujus rei in memoriam statua posita, quæ repræsentaret factum. Pausanias, in Atticis. Μετὰ δὲ τὸ τοῦ Διονύσου τέμενος, ἐστιν οἴκημα, ἀγάλματα ἔχον ἐκ πηλοῦ. βασιλεὺς Ἀθηναίων Ἀμφικτύων, ἄλλους τε θεοὺς ἑστιῶν, καὶ Διόνυσον. *Post Bacchi fanum, ædicula est, in qua multæ è luto statuæ: in his Amphictyonis, Atheniensium regis, deosque alios, tum & Bacchum, epulo excipientis.* Et, miscendi vini modum ab eo doctus, primus miscuit; tum & aram Baccho Recto in Horarum templo posuit: aliamque item Nymphis, propè eam, ut de vino diluendo admoneret. Athenæus, lib. 11. Φιλόχορος δέ φησιν, Ἀμφικτύονα, τὸν Ἀθηναίων βασιλέα, μαθόντα παρὰ Διονύσου τὴν τοῦ οἴνου κρᾶσιν, πρῶτον κεράσαι. διὸ καὶ ὀρθοὺς γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους, οὕτω πίνοντας, πρότερον ὑπὸ τοῦ ἀκράτου καμπτομένους. καὶ διὰ τοῦτο ἱδρύσασθαι βωμὸν Ὀρθοῦ Διονύσου, ἐν τῷ Ὡρῶν ἱερῷ· αὗται γὰρ καὶ τὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν ἐκτρέφουσι. πλησίον δ' αὐτοῦ, καὶ ταῖς Νύμφαις βωμὸν ἔδειμεν, ὑπόμνημα τοῖς χρωμένοις τῆς κράσεως ποιούμενος. *Philochorus auctor est, Amphictyonem Atheniensium regem, edoctum à Baccho vini diluendi rationem, primum*

istud

istud diluisse; qua de causa cum incederent homines recti, antea meraco curvi, aram statuit Baccho Recto, in Horarum templo: quando ea fructum vitis indicarent propè autem, etiam Nymphis aram posuit: ut de vino diluendo, si qui illo uti vellent, admoneret. Iterumque, lib. IV Τὴν δὲ σύμμετρον κρᾶσιν τοῦ οἴνου ὑπὸ Ἀμφικτύονος βασιλεύσαντος διδαχθῆναι φασὶν Ἀθηναίους, καὶ διὰ τοῦτο ἱερὸν Διονύσου Ὀρθοῦ ἱδρύσασθαι. τότε γὰρ ὀρθὸς ἐστι τῷ ὄντι, καὶ οὐ σφαλερὸς, ὅταν συμμέτρως, καὶ κεκραμένως πίνηται. *Nam æqualem vini diluendi rationem didicisse Athenienses ab Amphictyone rege ajunt: ideoque Baccho Recto fanum constitutum esse. tunc enim rectus est, neque titubans, cum quis modicè, ac dilutum, illud bibat.* Ubi in eo tamen variat, quod hîc templum, ibi aram positam dicat. Memoratque idem Eustathius, ad Odyss. ρ'. cujus ista ibi verba. Λέγεται οὖν Ἀμφικτύων, βασιλεὺς Ἀθηναίων, βωμὸν ἀναστήσας Διονύσου, καὶ ἕτερον βωμὸν δείμασθαι ταῖς Νύμφαις, ἐγγὺς αὐτοῦ· ὑπόμνημα φασὶ, θέμενος τοῖς χρωμένοις κράσεως οἴνου πρὸς ὕδωρ· ὃν αὐτὸς, κατά τινας μὲν, Μελάμπους πρῶτος ἐξεῦρε· καθ' ἑτέρους δὲ, ὁ ῥηθεὶς Ἀμφικτύων. ὃς καὶ, ὀρθουμένων τῶν οὕτω πινόντων, (πρότερον γὰρ, φασὶν, ὑπὸ ἀκράτου ἐκάμπτοντο.) βωμὸν Ὀρθοῦ Διονύσου ἤγειρεν ἐν τῷ Ὡρῶν ἱερῷ. *Fertur itaque Amphictyon rex Atheniensium, collocata Baccho ara, Nymphis item alteram constituisse, propè istam: commonefaciens vino utentes, uti aqua id diluerent. idque, ut nonnulli volunt, primus invenit Melampus: vel ut alii, Amphictyon, de quo dixi. qui, cum recti tunc incederent, qui sic biberent, aliis meraco sumpto incurvatis, aram Bacchi Recti posuit, in Horarum fano.* Quin præterea constituit, ut post cibum paullum meri adferretur, quod duntaxat degustarent, ad potentiam boni dei demonstrandam: deinde biberent dilutum, quantum vellent, adderentque nomen Iovis Servatoris. Athenæus, ibidem. Καὶ

 θεσμὸν

θεσμὸν ἔθετο, (ὁ Ἀμφικτύων,) προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σῖτα ἀκρατον, μόνον ὅσον γεύσασθαι, δεῖγμα τῆς δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ· τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη κεκραμένον, ὅσον ἕκαστος βούληται. προσεπιλέγειν δὲ τούτῳ τὸ τοῦ Διὸς Σωτῆρος ὄνομα. *Et legem promulgavit, (Amphictyon,) ut post cibos meri quid apportaretur, ad gustandum tantum, quod potentiam boni dei indicaret; postea vero dilutum, quantum quisque vellet, biberent: tum & nomen Iovis Servatoris adderent.*

CAP. XVI.

Minervæ urbem dedicat, & Athenas appellat. Isidorus Hispalensis emendatus. Ab Erichthonio ejicitur. Vxorem habuit, filiam Cranai; & ex ea filium Itonum; filiamque, cujus nomen ignoratur: Cercyonis & Triptolemi, ex Neptuno & Rharo, matrem.

UTque ab Atthide filia Cranaus regionem Atticam dixit, ita ipse à Minerva, quam Ἀθηνᾶν Græci vocant, urbem Athenas nominavit, atque deæ dedicavit. Iustinus, Hist. lib. II. *Post hunc Amphictyon regnavit: qui primus Minervæ urbem sacravit, & nomen civitati Athenas dedit.* Isidorus, Orig. lib. XV. cap. I. *Amphictyon, qui in Græciâ tertius post Cecropem regnavit, Minervæ sacravit, & nomen civitati Athenas dedit.* Sic rescribo; quippe perperam vulgatur: *Amphion, qui in G.* Hinc, quod Cranao prior fecerat, ipse patitur: ac vicissim ab Erichthonio regno exuitur. Pausanias, in Atticis. Κραναῷ δὲ Ἀμφικτύων ἐπαναστὰς, θυγατέρα ὅμως ἔχων αὐτοῦ, παύει τῆς ἀρχῆς· καὶ αὐτὸς ὕστερον ὑπὸ Ἐριχθονίου καὶ τῶν συνεπαναστάντων, ἐκπίπτει. *Amphictyon vero, contra Cranaum insurgens, quanquam ducta ejus filia, regnum illi eripit: & ipse mox ab Erichthonio, sociisque detur-*

deturbatur. Ioannes Tzetzes, Chil. v. cap. XVIII.

——— καὶ τρίτος Ἀμφικτύων.

Ὁ Ἐριχθόνιος δ', αὐτὸν διώξας, βασιλεύει.

——— *& tertius Amphictyon:*

Erichthonius verò, depulso ipso, regnum capit.

Idque factum, postquàm regnum malè partum tenuisset annos novem. Ita enim ait Abbas Vrspergensis. *Amphictyon, rex Atheniensium tertius, regnavit annis novem.* Plures decimum annum tradunt. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τρίτος Ἀμφικτύων, υἱὸς Δευκαλίωνος, γαμβρὸς Κραναοῦ, ἔτη δέκα. Hieronymus. *Atheniensibus regnavit tertius Amphictyon, annis decem.* Marianus. *Atheniensium tertius Amphictyon annis decem regnavit.* Eum quoque numerum Vincentius Bellovacensis repræsentat. Apollodorus, duodecim refert. Κραναὸν δὲ ἐκβαλὼν Ἀμφικτύων, ἐβασίλευσε. τοῦτον ἔνιοι μὲν Δευκαλίωνος, ἔνιοι δὲ αὐτόχθονα λέγουσι. βασιλεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐπὶ δώδεκα ἔτη, Ἐριχθόνιος ἐκβάλλει. *Cranaum Amphictyon cum ejecisset, regnum tenuit. hunc nonnulli, filium Deucalionis; alii, indigenæ tradunt: atque ipsum, cum jam per duodecim annos regnavisset, Erichthonius expellit.* Vxorem habuit, unam Cranai filiarum. Observare est apud Eusebium, in citatis statim verbis. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τρίτος Ἀμφικτύων, υἱὸς Δευκαλίωνος, γαμβρὸς Κραναοῦ. *Atheniensium tertius rex fuit Amphictyon, filius Deucalionis, gener Cranai.* Pausanias, Atticis. Κραναῷ δὲ Ἀμφικτύων ἐπαναστὰς, θυγατέρα ὅμως ἔχων αὐτοῦ, παύει τῆς ἀρχῆς. *In Cranaum vero insurgens Amphictyon, tametsi ducta ejus filia, regno eum deturbavit.* Ac rursum, alio quodam loco. Κραναὸν δὲ τὸν βασιλεύσαντα Ἀθηναίων, ἐξέβαλεν Ἀμφικτύων, κηδεστὴν ὄντα. *Cranaum vero, Atheniensium regem, ejecit Amphictyon, socerum suum.* Sustulitq; filium unum, Itonum. Stephanus,

nus, in Βοιωτίᾳ, Γενέσθαι δὲ φασὶ Βοιωτὸν Ἴτωνος, τοῦ Ἀμφικτύονος. *Fuisse vero ajunt Bœotum Itoni, Amphictionis F.* Pausanias, Eliac I. οἱ δὲ, τὴν Ἴτωνος τοῦ Ἀμφικτύονος Χρομίαν. *Hi vero, Chromiam Itoni, Amphictyonis F.* Iterum, in Bœoticis. Ἴτωνον δὲ, Ἀμφικτύονος εἶναι λέγουσι *Itonum vero, Amphictyonis filium esse ferunt.* Et alio loco, in Bœoticis iisdem. Καλεῖται δὲ ἀπὸ Ἴτωνος, τοῦ Ἀμφικτύονος. *Vocatur vero ab Itono, Amphictyonis filio.* Habuit quoque filiam unam, quæ non nominatur tamen: è qua Rharum Triptolemus, Cercyonem Neptunus genuit. Observo apud Pausaniam, in Atticis. Χοιρίλῳ δὲ Ἀθηναίῳ, δρᾶμα ποιήσαντι Ἀλόπην, ἐς εἰρημένα, Κερκύονα εἶναι καὶ Τριπτόλεμον ἀδελφοὺς, τεκεῖν δὲ σφᾶς θυγατέρα Ἀμφικτύονος· εἶναι δὲ πατέρα Τριπτολέμῳ μὲν Ῥάρον, Κερκύονι δὲ Ποσειδῶνα. *Chœrilus, qui fabulam Alopen fecit, auctor est; Cercyonem, ac Triptolemum, fratres esse, atque natos filia Amphictyonis: & Triptolemo quidem Rharum, Cercyoni Neptunum patrem.*

FINIS LIBRI PRIMI.

IOAN-

IOANNIS MEURSI

DE REGIBUS ATHENIENSIUM.

LIBER II.

CAP. I.

Erichthonius, qui Homero, & ex eo aliis quoque, Erechtheus dicitur: Vulcano natus, & Minerva Belonica, Brontei, sive Cranai, filiâ. Minervæ simulacrum in arce dedicat: item templum, & sacrificia. Tribubus etiam nomina mutat, & Panathenæa instituit; ac in iis currum quatuor equis jungit: quod nonnulli, Trochilum fecisse primum, sunt auctores. Adonis locus emendatus, & Lucæ Tudensis: cujus error item ostenditur. Primus etiam sacra facit Telluri, cognomento Κουροτρόφῳ: *& arma dedicat, statuitque, ut huic præsacrificetur. Argentum quoque invenit, aut Athenas primus attulit, & pecuniam inscripsit. Apes item in Hymetto monte natæ ejus tempore. Regnavit annos quinquaginta; ac, relicto ex Pasithea uxore Pandione filio, regni hærede, diem obit: & in templo Minervæ sepelitur. Apollodorus ea de re emendatus. Denique, in cælum illatus, & Auriga est putatus.*

DEturbato Amphictyone, Erichthonius regnum invasit, Vulcani & Minervæ filius: de quo sic Tertullianus, lib. De Spectac. *Erichthonius, Minervæ & Vulcani filius, & quidem de caduca in terram libidine, portentum est dæmonicum.* Censorinus, cap IV. *In Atti-*

Attica fertur regione Erichthonius ex Vulcani semine humo ortus. Lucianus, in Philopseude. Ἀθηναῖοι δὲ τὸν Ἐριχθόνιον ἐκ τῆς γῆς ἀναδοθῆναι φασί. *Athenienses vero Erichthonium è terra editum cōmemorant.* Videatur quoque Elias Cretensis, in Gregorii Nazianzeni Orat. IV: & Orig. Cōtra Celsum, lib. VIII. Et est obvium apud Auctores. Verum genituram ejus, velut nimis fabulosam, ac vulgatam, præteribo. Magis convenit Historiæ, quod Isacius Tzetzes tradit, ex legitimo Vulcani, & Minervæ, Brontei filiæ, quæ & Belonica dicta, matrimonio procreatum. Ita enim ille inquit, ad Lycophronem. Καὶ τὸ περὶ Ἀθηνᾶς, καὶ Ἡφαίστου, οὕτως ἐστιν. Ἀθηνᾷ τινὶ βασιλίδι, τῇ καὶ Βελονίκῃ λεγομένῃ, θυγατρὶ δὲ Βροντέου ὑπαρχούσῃ, Ἥφαιστος, γάμῳ μιγεὶς, γεννᾷ Ἐριχθόνιον, ὃς ἐβασίλευσεν Ἀττικῆς. *Quod ad Minervam attinet, & Vulcanum, ita habet. Minervæ cuidam reginæ, etiam Belonicæ dictæ, Brontei filiæ, matrimonio junctus Vulcanus, gignit Erichthonium, qui Atticæ regnum tenuit.* Ioannes Tzetzes, Cranai hanc filiam facit, Chil. V. cap. XIX.

Ὁ Ἐριχθόνιος δ', αὐτὸν διώξας, βασιλεύει.
Ἡφαίστου παῖς, καὶ Ἀθηνᾶς, τῆς Κραναοῦ θυγατρός.

Erichthonius vero, pulso ipso, regnum capit:
Vulcani filius, & Minervæ, Cranai filiæ.

Hic Homero Erechtheus dicitur. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τέταρτος Ἐριχθόνιος, ἔτη πεντήκοντα. οὗτος Ἐριχθόνιος Ἡφαίστου ὁ παρ' Ὁμήρῳ Ἐρεχθεύς ἐστιν. Hieronymus. *Erichthonius, Vulcani & Minervæ filius, qui ab Homero Erechtheus vocatur, his temporibus fuit.* Et paullo ante, in Catalogo regum, simpliciter Erechtheum vocat. *Atheniensibus regnavit quartus Erechtheus, annos quinquaginta.* Locus Homeri, exstat iste, Iliad. β'.

Δῆμον

Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὅν ποτ' Ἀθήνη
θρέψε, Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.
Populum Erechthei magnanimi, quẽ aliquando Minerva
Nutrivit, Iovis filia, peperit autem alma Tellus.

Vbi Scholiaſtes vetus. Ἐρεχθῆος. τοῦ βασιλέως τῶν Ἀθηναίων, τοῦ καὶ Ἐριχθονίου καλουμένου. *Erechthei. regis Athenienſiũ, qui etiam Erichthonius dicitur.* Vide ibidem Euſtat. Atq; hinc eſt hoc Platonis, in I. Alcib. Εὐπρόσωπος γὰρ ὁ τοῦ μεγαλήτορος Ἐρεχθέως δῆμος· ἀλλ' ἀποδύντα χρὴ αὐτὸν θεάσασθαι. *Formoſus enim eſt populus magnanimi Erechthei: verum eum adſpicere exutũ oportet.* Nec aliter appellat Themiſtius, Orat. XIX. Καίτοι καὶ ἵππων ἅρμα ὑπ' Ἐρεχθέως πρῶτον ζευχθῆναι λέγεται. *Etenim primũ equis junctum currum ab Erechtheo fertur.* Nã hoc factũ ab Ericht. mox dicemus. Non. Dionyſ. lxLI.

Οὐ τύπον ἄγριον εἶδεν Ἐρεχθέος, ὃν τέκε Γαίη
Αὔλακι νυμφεύσας γαμίην Ἥφαιστος ἐέρσην.
Non figuram feram habuit Erechthei, quem genuit Telluri
Sulco nuptum dans nuptialem Vulcanus rorem.

Et occurrit alibi quoq; apud eundẽ, l. XIII, & XXVII. Hic Minervæ ſimulacrũ dedicavit in arce. Apollod. ubi de eo verba facit, l. III. Καὶ τὸ ἐν ἀκροπόλει ξόανον τῆς Ἀθηνᾶς ἱδρύσατο. *Ac, quod in arce eſt Minervæ ſignum dedicavit.* Templũ quoque, & ſacrificia. Hygin. in Poët. Aſtr. ubi de Heniocho agit. *Erichthonius & quadrigas, ut ante diximus, & Minervæ ſacrificia, & templũ, in arce Athenienſium, primus inſtituit.* Interpres Germanici. *Arcẽ, templumque, (Minervæ Erichthonius) ædificaſſe dicitur.* Ac ſacerdos ejus prima Io fuit. Ἰὼ ἐκαλεῖτο ἡ πρώτη ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς. *Io vocabatur prima ſacerdos Minervæ.* Tribubus itẽ urbis quatuor mutat nomina. Pollux, lib. VIII. c. IX. ſect. XXXI. Ἐπὶ δὲ Ἐριχθονίου, (αἱ φυλαὶ μετωνομάσθησαν,) Διάς, Ἀθηναΐς, Ποσειδωνιάς, Ἡφαιστιάς. *Sub Erichthonio vero, (mutato nomine dictæ tribus,) Iovia, Minervia, Neptunia, Vulcania.* Panathemata quoq;

insti-

instituit. Apollodorus, loco citato. Καὶ τῶν Παναθηναίων τὴν ἑορτὴν συνεστήσατο. *Et Panathenæorum festum instituit.* Harpocration, in Παναθήναια. Ἤγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν ὁ Ἐριχθόνιος ὁ Ἡφαίστου. *Celebravit vero festum Erichthonius Vulcani F.* Hyginus, in Poëtico Astronomico. *Alii Erichthonium dixerunt primo tempore adolescentiæ ludos Minervæ Panathenæa fecisse.* Quanquam Pherecides, in Fragmento libri primi Historiarum, instituta Panathenæa Hippoclide archonte dicat. Verba ejus ita habent, apud Marcellinum, De Vita Thucydidis. Τοῦδε, Μιλτιάδης· τοῦδε, Ἱπποκλείδης· ἐφ᾽ οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη. *Hujus filius, Miltiades; hujus, Hippoclides: quo archonte Panathenæa instituta.* Et eo festo primus currum equis junxisse memoratur. Virgilius, Georgic. lib. III.

Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

Servius. *Varro, in libro, qui Mirabilium inscribitur, Erichthonium (tradit) primum quatuor junxisse equos ludis, qui Panathenaici appellantur.* Sane equos primum currui junxisse, plures memorant. Aristides, Orat. in Minervam. Λέγεται γὰρ Ἐριχθόνιον μὲν, τὸν τῆς θεοῦ τρόφιμον, πρῶτον ἀνθρώπων ἅρμα ζεῦξαι ἵππων. *Dicitur enim Erichthonius, deæ alumnus, primus hominum equos currui junxisse.* Avienus, in Phænomenis.

——— ille impiger autem
Pulcher Erichthonius currus, & quatuor olim
Iunxit equos. ———

Et Germanicus.

——— Erichthonius, qui curru sub juga duxit
Quadrupedes. ———

Et passim occurrit apud Auctores. Quanquam sanè, quod hic obiter indicandum, antea, ætate Cecropis, Proci-

Procidum quendam id fecisse, tradat Ado in Chronico suo. *Hac etiam ætate primus Procidus quadrigam junxit: eodemque tempore Cecrops Athenas condidit.* Sed legendum illic puto: *primus Trochilus quadrigam junxit.* Quippe Trochilus, filius Callitheæ, primæ Iunonis Argivæ sacerdotis, facto hoc cõmemoratur à Theone, n Aratum. Οἱ δὲ μυθολόγοι τὸν ἡνίοχον λέγουσιν εἶναι εἴδωλον ἢ Βελλεροφόντου, ἢ Τροχίλου, τῆς Καλλιθέας παιδὸς, πρώτης ἐν Ἄργει γενομένης ἱερείας, ἅρμα πρῶτον ζεύξαντος. *Mythologi vero dicunt, aurigam esse imaginem seu Bellerophontis, sive Trochili, filii Callitheæ, primæ Argis sacerdotis, qui primus currum equis junxit.* Corruptè etiam Troilus diciturLucæ Tudensi, in Chronico. *Erichthonius, Atheniensium princeps qui Vulcani filius dicitur fabulose, currum junxit in Græcia primus: & Troilus quadrigam, in Troja.* Neque rectè item in Troja factum id commemoratur. Primus etiam Telluri, cognomento κουροτρόφῳ, sacra in arce fecit; aramque item dedicavit, pro acceptis alimentis: statuitque, ut, qui deo cuicunque, sive deæ, sacra facerent, huic quoque deinceps præsacrificarent. Suidas. Κουροτρόφος Γῆ. ταύτῃ δέ θῦσαι φασὶ τὸ πρῶτον Ἐριχθόνιον ἐν ἀκροπόλει· καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι, χάριν ἀποδιδόντα τῶν τροφείων· καταστῆσαι δὲ νόμιμον, τοὺς θύοντας τινὶ θεῷ, ταύτῃ προθύειν. *Tellus*, κουροτρόφος *cognomento. Huic primum sacra fecisse ajunt Erichthonium in arce; aramque dedicasse, gratias reddentem pro acceptis alimentis: tum instituisse etiam, qui deo cuipiam sacra facerent, ut huic præsacrificarent.* Quin argentum item invenit. Plinius, lib. VII. cap. LVI. *Argentum invenit Erichthonius Atheniensis.* Nempe primus Athenas argentum attulit. Hyginus, Fab. CCLXXIII. *Indus rex in Scythia argentum primus invenit: quod Erichthonius Athenas primum attulit.* Vel inscripsit

primus pecuniam. Pollux, lib. IX. cap. VI. Πρῶτος ἔγραψε νόμισμα Ἀθηναίοις Ἐριχθόνιος. *Primus inscripsit nummum Atheniensibus Erichthonius.* Natæ etiam ejus tempore primum apes in Hymetto, Atticę monte, memorantur. Columella, lib. IX. cap. II. *Sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quando, & in qua regione, primum natæ (apes) sint; utrum in Thessalia, sub Aristæo, an in insula Cea, ut scribit Euhemerus: an Erichthonii temporibus, in monte Hymetto, ut Euthronius.* Ab ipso, *populum Erichthonium*, Propertius dicit Athenienses, lib. II. Eleg. VI.

Turba Menandreæ fuerat nec Thaidis olim
Tanta, in qua populus lusit Erichthonius.

Et Manilius, colonos Erichthonios, extremo lib. I.

Qualis Erichthonios pestis populata colonos
Extulit antiquas per funera pacis Athenas.

Obiit diem anno regni quinquagesimo. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τέταρτος Ἐριχθόνιος ἔτη πεντήκοντα. *Atheniensibus regnavit quartus Erichthonius annos quinquaginta.* Neque aliter Marianus, Abbas Urspergensis, & Vincentius Bellovacensis. Uxorem habuit, Pasitheam; & ex ea filium Pandionem sustulit, regni hæredem. Apollodorus. Καὶ Πασιθέαν, Νηΐδα νύμφην, ἔγημεν (Ἐριχθόνιος) ἐξ ἧς παῖς Πανδίων ἐγεννήθη. *Et Pasitheam, Nympham Naïdam, (Erichthonius) uxorem duxit: ex qua filius Pandion natus est.* Sepultus est in fano Minervæ. Idem Apollodorus. Ἐριχθονίου δὲ ἀποθανόντος, καὶ ταφέντος ἐν τῷ αὐτῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς, Πανδίων ἐβασίλευσεν. *Mortuo vero Erichthonio, ac sepulto in primo Minervæ fano, Pandion regnavit.* Sed quodnam, quæso, est primum hoc Minervæ fanum? Est profecto mendum illic quod nunc tollam. Paullo præcedentibus verbis dixerat, in Minervæ fano, quod nimirum in arce erat, educatum ab illâ deâ Erichthoniũ.

Ἐν δὲ

Ἐν δὲ τῷ τεμένει τραφεὶς Ἐριχθόνιος ὑπ' αὐτῆς Ἀθηνᾶς, ἐκ-
βαλὼν Ἀμφικτύονα, ἐβασίλευσεν Ἀθηνῶν. *Erichthonius, in templo educatus ab ipsa Minerva, ejecto Amphictyone, A-*
thenarum regnum tenuit. Et mox quoque vita functum, in eodem templo sepultum fuisse, tradit. Itaque legendum censeo. καὶ ταφεὶς ἐν τῷ αὐτῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς. *Ac sepulto in eodem Minervæ fano.* Arnobius, lib. VI. *In templo rursus ejusdem, (Minervæ,) quod in arce Larissæ est, conditus scribitur, atque indicatur, Acrisius: Erichthonius, Poliadis in fano.* Clemens, in Protreptico. Τί δαὶ Ἐριχθόνιος; οὐχὶ ἐν τῷ νεῷ τῆς Πολιάδος κεκήδευται; *Quid autem Erichthonius? nonne in Minervæ Poliadis fano est sepultus?* In cælum etiam relatus, Auriga esse credebatur. Germanicus.

Est etiam Aurigæ facies, sive inclyta forma,
Natus Erichthonius. ———

Interpres ejus. *Hic Agitator Erichthonius dicitur fuisse, Vulcani & Minervæ, filius.* Hyginus, in Poëtico Astronomico. *Heniochus. Hunc nos Aurigam Latinè dicimus, nomine Erichthonium, ut Eratosthenes monstrat, quem Iupiter, cum vidisset primum inter homines equos quadrigis junxisse, admiratus est, ingenium hominis ad Solis inventa accessisse: quod is princeps quadrigis inter deos esset usus.* Avienus, in Phænomenis.

Aurigatorem par sit quoque cura videre;
Namque tuas aures implevit fabula solers
Cretæi pecoris: hæc lac memoratur alumno
Infudisse Iovi capra, nutrix dicta Tonantis:
Stelligero subvecta polo est: ille impiger autem
Pulcher Erichthonius, currus, & quatuor olim
Iunxit equos. ———

CAP. II.

Pandion I. Sub hoc Ceres, filiam Proserpinam quærens, in Atticam venit, & à Celeo excipitur: item Bacchus, qui hospitio Icarii usus, vitem donat hospiti suo, atque vini faciendi rationem eum docet. Icarius, communicato cum pastoribus vini potu, ab iisdem interficitur: & Erigone, patrem quærens, cum occisum, indicio canis, didicisset, se suspendit. Germanici Interpres emendatus, uno alteroque loco. Αἰώραι. *Oscilla.*

HActenus Athenæ reges habuere, quos fortuna illis dedit, aut vis fecit; qui sequuntur, id hæreditate suum, & legitima successione adiere: quanquam sane sub Pandione II. Metionidæ, ac sub Theseo Pallantidæ, turbas aliquas objecerunt. Primus autem acceptum regnum tenuit Pandion I. Apollodorus, lib. III. Ἐριχθονίου δὲ ἀποθανόντος, καὶ ταφέντος ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς, Πανδίων ἐβασίλευσεν. *Defuncto Erichtonio, ac sepulto in Minervæ fano, regnavit Pandion.* Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν πέμπτος Πανδίων. *Atheniensium rex fuit quintus Pandion.* Hieronymus. *Atheniensibus regnavit quintus Pandion.* Sub hoc Ceres, raptam à Plutone filiam Proserpinam quærẽs, in Atticam venit, & à Celeo Eleusine excepta fuit: ac cum ea Bachus quoque, Icarii hospes. Apollodorus. Ἐφ' οὗ (Πανδίονος) Δημήτηρ, καὶ Διόνυσος, εἰς τὴν Ἀττικὴν ἦλθον. ἀλλὰ Δήμητρα μὲν, Κελεὸς εἰς τὴν Ἐλευσῖνα ὑπεδέξατο· Διόνυσον δὲ Ἰκάριος. *Sub quo (Pandione) Ceres, & Bacchus, in Atticam venere ac Cererem quidem, Celeus Eleusine excepit: Bacchum vero, Icarius.* Ac de Cereris in Atticam adventu, sic Arnobius, lib. V. *Cum factum nesciret*

sciret Ceres, nec filia ubinam gentium esset suspicaretur, intendit animum perditam toto orbe conquirere. sumit faces geminas, flammis comprehensas Ænæis: quibus sibi prælucens, pergit ire quæsitum terrarum in regionibus cunctis. In istius conquisitionis errore, Eleusinos etiam pervehitur fines. pagi istud nomen est, regione in Attica constituti. Sed, quæcunque istuc pertinent, vide, si putabis tanti, libri nostri De Eleusiniis capp. II. & III. De Icario, & hospitio quoque Bacchi apud ipsum, tum & vini usu ipsi indicato, meminit Achilles Tatius, De Am. Clitophontis, & Leucippes, lib. II. Historia vero, in hunc modum sese habet. Bacchus, ab Icario hospitio exceptus, ut referret gratiam hospiti, donat ei vitis palmitem. ille cum se ad pastores contulisset, & communicasset vinum, ipsi, eo largius sumpto, postea inebriati, propinatum sibi venenum existimantes, hominem mox interficiunt, & sepeliunt. Filia vero Erigone, patrem quærens, cum indicio Mæræ canis cædem ejus intelligeret, se suspendio necavit. Διόνυσον δὲ (ὑπεδέξατο) Ἰκάριος. καὶ λαμβάνει παρ᾽ αὐτοῦ κλῆμα ἀμπέλου. καὶ, τὰ περὶ τὴν οἰνοποιΐαν μανθάνων, καὶ τὰς τοῦ θεοῦ δωρήσασθαι θέλων χάριτας ἀνθρώποις, ἀφικνεῖται πρὸς τινὰς ποιμένας· οἱ, γευσάμενοι τοῦ πότου, καὶ χωρὶς ὕδατος ἀφειδῶς δι᾽ ἡδονὴν ἑλκύσαντες, πεφαρμάχθαι νομίζοντες, ἀπέκτειναν αὐτόν. μεθ᾽ ἡμέραν δὲ νοήσαντες, ἔθαψαν αὐτόν. Ἠριγόνῃ δὲ τῇ θυγατρὶ, τὸν πατέρα μαστευούσῃ, κύων συνήθης, ὄνομα Μαῖρα, ἡ τῷ Ἰκαρίῳ συνείπετο, τὸν νεκρὸν ἐμήνυσε. κἀκείνη, κατοδυρομένη τὸν πατέρα, ἑαυτὴν ἀνήρτησε. *Bacchum vero, (excepit,) Icarius; à quo vitis palmitem muneri accepit: & vini faciendi rationem didicit. isque, dei beneficia hominibus largiri cupiens, ad pastores quosdam abit. qui, cum gustavissent potum; atque eum sine aqua in modice voluptatis causa bibissent, venenum sibi propinatum arbitrati, Icarum interfecere: ac postridie, re perspecta, sepelie-*

sepelierunt. Erigonæ vero filiæ, patrem quærenti, canis familiaris, Mæra nomine, cadaver interfecti ostendit. atque illa, patris cædem lamentata, se suspendit. Factum autem hoc Icarii, item cædem, & Erigones suspendium, quæque illud consequuta, fuse memorat Hyginus, in Poëtico Astronomico, ubi de Arctophylace agit; Germanici Interpres, in Phænomena Aratea: Servius, ad Georg. II. Nonnus Dionysiac. XLVII: Joannes Tzetzes, Chil. IV. cap. CXXVIII: Lutatius, ad Statii Theb. IV: & Nonnus Monachus, Collect. Hist. lib. I. cap. LXX. Meminere autem strictim, Ælianus, Hist. Anim. lib. VI. cap. XXV: & lib. VII. cap. XXVIII: item Festus, in *Oscillum*. Sed Germanici Interpres, uno alteroque loco, est corruptus: ac per hanc occasionem emendandus. *Icarius*: dehinc Athenæus, (ita vertit, quod apud Scriptorem Græcũ Ἀθηναῖος scriptum erat, cũ deberet, *Atheniensis* verti,) *cum in terram Atticam ad posteros devenisset, eis genus hoc suavitatis ostendit.* Rescribendum, *ad pastores devenisset.* Nam historia ita habet, & subjungit ipse statim: *pastores autem, cum immoderatius biberent, ebrii facti, conciderunt.* Deinde. *Quod factum est ab Atheniensibus; qui, diebus festis institutis, aras constituerunt: ideo, quia illam (Erigonem) pendentem aspexerunt.* Quid? an ideo aras Erigonæ statuerũt, quia pendentem vidissent? Nugæ meræ. Festos ei dies instituerunt, quos Αἰώρας, de suspendio illius, appellarunt: itaque restituo. *Diebus festis institutis, Æoras constituerunt.* Hesychius. Αἰώρα, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἐπὶ Ἠριγόνης ἀλήτιδος, τῆς Ἰκαρίου. *Æora, festum Athenis, institutum erranti Erigonæ, Icarii filiæ.* Latini *Oscilla* dicebant. Paullus Diaconus, in Epitome Festi. *Oscilla, festa, in honorem Bacchi, in quibus homines se per funes jactant: alii, putant Erigones, & Icarii, festa.*

Cap. III.

De errorum Cereris tempore, ostensum, variare Auctores: & ut Cranai, sic Pandionis nonnullos; quosdam vero, etiam Erechthei regno attribuêre. Frumentum per Triptolemum datum, item leges: tum & sacra Eleusinia instituta.

AC errores quidem Cereris, ut ad illos revertamur, alii multo faciunt antiquiores; & sub Cranao accidisse, & ab ejus filio Rharo deam hospitio exceptam, sunt auctores: ut ostendi, libri superioris cap. XIV. Alii, Pandionis hujus regno adscribunt: & Triptolemum tunc frumentum elargitum deæ dono item ferunt. Eusebius Ἐλευσῖνος πόλεως (ἐπὶ Πανδίονος) Κελεὸς ἐβασίλευσε, καθ' ὃν Τριπτόλεμος ἦν· ὅν φησιν ὁ Φιλόχορος, μακρῷ πλοίῳ προσβαλόντα ταῖς πόλεσι, τὸν σῖτον διαδοῦναι. *Eleusinis urbis (Pandionis tempore) rex fuit Celeus, apud quem Triptolemus erat: quem Philochorus ait, longa navi advectum ad urbes, frumentum distribuisse.* Marianus Scotus in anno Pandionis XXXIII. *Eleusine Celeus regnavit, coætaneus Triptolemi: quem Philochorus ait, longa navi ad urbes accedentem, distribuisse frumenta.* Quidam eum non longa navi, sed draconibus alatis juncto curru, circumvectum esse tradunt. Phurnutus. Ταύτην δὲ (τὴν τροφὴν) μυθεύεται σπεῖραι διὰ τῆς οἰκουμένης ὁ Τριπτόλεμος ὁ Ἐλευσίνιος, ἀναβιβάσης αὐτὸν ἐπὶ πτερωτῶν δρακόντων ὄχημα τῆς Δήμητρος. *Hunc vero (cibum) toto orbe seminasse fertur Triptolemus Eleusinius, currui alatis draconibus juncto à Cerere impositus.* Sed hæc obvia apud Auctores. Alii rursum, non duntaxat Cranao posteriorem hanc rem volunt, verum etiam Pandione:

& Erechthei regno tribuunt, qui Pandioni successit, Iustinus, lib. II. *Per ordinem deinde successionis regnum ad Erechtheū descendit: sub quo frumenti satio apud Eleusin à Triptolemo reperta est.* Ita sensit etiam Non. Dionysiac. l. XIX.

Καὶ πρῶτος κλήροιο τυχὼν τεχνήμονι ῥυθμῷ
Κεκροπίης ναέτης κιθάρην ἐλέλιζεν Ἐρεχθεύς,
Μέλπων πάτριον ὕμνον· ὅτι ζαθέαις ἐν Ἀθήναις
Καὶ Κελεὸς ξείνισσε βίου παμμήτορα Δηώ,
Τριπτολέμῳ σὺν παιδί, καὶ ἀρχαίῃ Μετανείρῃ,
Καί σφισι καρπὸν ὄπασσεν. ———

Et primus hæreditatem nactus artificioso rhythmo,
Cecropiæ habitator citharam quatiebat Erechtheus,
Canens patriam cantilenam; quod divinis Athenis
Et Celeus hospitio excepit vitæ omnium matrem Cererem,
Triptolemo cum puero, & vetula Metanira:
Et ipsis fructum præbuit. ———

Diodorus Siculus, lib. I. Ὁμολογεῖν δὲ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἔτι, βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, καὶ τῶν καρπῶν διὰ τὴν ἀνομβρίαν προηφανισμένων, ἡ τῆς Δήμητρος ἐγένετο παρουσία πρὸς αὐτούς, καὶ ἡ δωρεὰ τοῦ σίτου. *Fateri etiam Athenienses, regnante Erechtheo, cum defectus pluviarum fruges prius absumpsisset, Cererem venisse illuc, & donatione frugum ipsos sublevasse.* Maximus Tyrius, Dissert. XIII. Ὀψὲ μὲν Δημήτηρ γεωργεῖ, μετὰ πολλὴν πλάνην. ὀψὲ δὲ Διόνυσος, μετὰ τὸν Κάδμον, καὶ τὸν Πενθέα· ὀψὲ ὁ Τριπτόλεμος, μετὰ τὸν Ἐριχθόνιον. *Sero terram colit Ceres, post longum errorem; sero Bacchus, post Cadmum, & Pentheum: sero Triptolemus, post Erichthonium.* Videtur innuere regnum Pandionis, Erichthonii successoris: etenim, Erechtheum si designasset, addidisset etiam, καὶ τὸν Πανδίονα. *& Pandionem.* Sic Aristides, Orat in Minervam. Τριπτόλεμος δὲ, Ἐριχθονίου νεώτερος· εἴη δ᾽ ἂν καὶ τούτῳ τὰ μὲν σπέρματα

ματα, παρὰ τῆς Δήμητρος· τὸ δὲ ἅρμα, παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς. *Triptolemus vero, Erichthonio junior; acceperitque hic semina quidem, à Cerere: currum vero, à Minerva.* Nec duntaxat fruges tunc Triptolemus dedit, sed & leges: quarum tres commemorantur exstitisse Eleusine. Porphyrius, De Abst. lib. IV. Τῶν τοίνυν Ἀθήνησι νομοθετῶν, Τριπτόλεμον παλαίτατον παρειλήφαμεν. περὶ οὗ Ἕρμιππος, ἐν δευτέρῳ Περὶ τῶν νομοθετῶν, γράφει οὕτως. Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι. καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι τούσδε. Γονεῖς τιμᾶν. θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν. Ζῶα μὴ σίνεσθαι. *Legislatorum itaque Atheniensium antiquissimum fuisse Triptolemum accepimus: de quo Hermippus, libro secundo De legumlatoribus, ita scribit. Ajunt etiam Triptolemum Atheniensibus leges sanxisse. & ex legibus ejus tres adhuc exstare, Xenocrates philosophus tradit: Parentes honorare. Deos fructibus colere. Animalia non lædere.* Hieronymus, adversus Iovinianum, lib. II. *Xenocrates philosophus de Triptolemi legibus apud Athenienses tria tantum præcepta in templo Eleusinæ residere scribit: Honorandos parentes. Venerandos deos. Carnibus nō vescendum.* Sacra quoque Eleusinia, quæ Μυστήρια Græci dicunt, Latini *Initia*, eo tempore instituta: idque in honorem frugum, quas tunc Ceres per Triptolemum donavisset. Iustinus, loco jam citato. *Frumenti satio apud Eleusin à Triptolemo reperta est: in cujus muneris honorem noctes* INITIORUM *sacratæ.* Freculphus. Tom. I. lib. II. cap. XII. *Fuit Pandionis filius, sub quo mysteria Græcorum esse cæperunt.* Vide Eleusinia nostra, cap. II.

CAP. IV.

Bello contra Labdacum orto, propter fines regionis, opem Terei implorat: quâ cùm hostē debellasset, filiam ei Pro-

gnen dat in matrimonium. Tereus ille, Thraciæ rex; sive potius Thracum erat, Dauliæ Phocidis habitantium: vel, ut alii, regionis, quæ circa Megaridis fines. Pausaniæ error: qui Pandionem hunc primum cum secundo, Cecropis filio, confundit.

INde bello, propter fines, contra Labdacum excitato, in auxilium vocat Tereum, Thraciæ regem: ejusque ope postquam victor evasisset, filiam illi suam Prognen dat uxorem. Apollodorus. Πολέμου δὲ ἐξαναστάντος πρὸς Λάβδακον, περὶ γῆς ὅρων, ἐπεκαλέσατο βοηθὸν ἐκ Θράκης Τηρέα τὸν Ἄρεως· καὶ, τὸν πόλεμον σὺν αὐτῷ κατορθώσας, ἔδωκε Τηρεῖ πρὸς γάμον τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πρόκνην. *Hinc de terræ finibus exorto contra Labdacum bello, adjutorem è Thracia Tereum, Martis filium, advocavit. ac, præclare ejus ope gesto bello, dat uxorem ipsi Prognem, filiam suam.* Belli hujus, & à Tereo lati auxilii, meminit etiam Ovidius, Met. lib. VI.

Credere quis posset? solæ cessastis Athenæ.
Obstitit officio bellum, subvectaque ponto
Barbara Cecropios terrebant agmina muros.
Threïcius Tereus hæc auxiliaribus armis
Fuderat, & clarum vincendo nomen habebat.
Quem sibi Pandion, opibusque virisque potentem,
Et genus à magno ducentem forte Gradivo,
Connubio Prognes junxit. ——

Matrimonii mentionem facit etiam Thucydides, & adjungit item causam, lib. II Εἰκὸς δὲ, καὶ τὸ κῆδος Πανδίονα ξυνάψασθαι τῆς θυγατρὸς διὰ τοσούτου, ἐπ' ὠφελείᾳ τῇ πρὸς ἀλλήλους. *Et credibile est, Pandionem, tantillo loci intervallo, affinitatem ex filia contraxisse, mutui auxilii causa.* Erat nempe Tereus hic non Thraciæ rex, verum Thracum: quippe Dauliam tenebat, urbem Phocidis, quam tunc

tunc Thraces incolebant. Clare id Thucydides docet, libro eodem, verbis paullo antecedentibus. Τηρεῖ δὲ, τῷ Πρόκνην τὴν Πανδίονος ἀπ' Ἀθηνῶν σχόντι γυναῖκα, προσήκει ὁ Τήρης οὐδέν. οὐδὲ τῆς αὐτῆς Θρᾴκης ἐγένοντο. ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος νῦν καλουμένης γῆς ὁ Τηρεὺς ᾤκει, τότε ὑπὸ Θρᾳκῶν οἰκουμένης. *Ad Tereum vero, qui Athenis filiam Pandionis Prognen uxorem habuit, nullo modo Teres iste pertinebat; neque ex eadem Thracia uterque erat: siquidem Tereus, Dauliam, quæ nunc vocatur, Phocidis inhabitabat, Thracum eo tempore sedem.* Et Srabo, lib. VII. Τὴν μὲν γὰρ Ἀττικὴν οἱ μετ' Εὐμόλπου Θρᾷκες ἔσχον· τῆς δὲ Φωκίδος τὴν Δαυλίδα, Τηρεύς. *Atticam enim Thraces, qui cum Eumolpo venerant, possidebant. Phocidis vero Daulidem Tereus.* Iterumque, lib. IX. Πρὸς τὴν ἕω, Δαυλὶς πολίχνιον· ὅπου Τηρέα τὸν Θρᾷκα φασὶ δυναστεῦσαι. *Ad orientem, oppidulum est Daulis: ubi Tereum Thracem dominatum ferunt.* Conon, apud Photium, in Bibliotheca, Narrat. XXXI. Τηρεὺς, βασιλεὺς Θρᾳκῶν, τῶν περὶ Δαυλίαν, καὶ τὴν ἄλλην Φωκίδα, ἄγεται Πρόκνην γυναῖκα, τὴν Πανδίονος, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν. *Tereus, rex Thracum, qui circa Dauliam, cæteramque Phocidem, ducit Prognen, filiam Pandionis, Athenarum regis.* Afferit sententiam istam & Pausanias: verum tamen refert idem, affirmare Megarenses consuevisse, eum ad Megaridis fontes habitasse. Verba ecce ista, in Atticis. Τοῦ πυδὲ ἐστιν οὐ πόρρω τάφος Τηρέως, τοῦ Πρόκνην γήμαντος τὴν Πανδίονος. Ἐβασίλευσε δὲ ὁ Τηρεὺς, ὡς μὲν λέγουσιν οἱ Μεγαρεῖς, περὶ τὰς πηγὰς, τὰς καλουμένας τῆς Μεγαρίδος· ὡς δὲ ἐγώ τε δοκῶ, καὶ τεκμήρια ἐς τόδε λείπεται, Δαυλίδος ἦρχε, τῆς ὑπὲρ Χαιρωνείας. *Ab eo non longe abest Terei sepulcrum; ejus nempe, qui Prognen, Pandionis filiam, uxorem duxit. Regnavit autem Tereus, ut Megarenses dicunt, circa fontes, qui Megaridis appellantur: uti vero ego existimo, atque indicant vestigia, etiam*

nunc existentia, Daulide, supra Chæroneam. De Daulia certe, etiam è Stephano colligere licet, in Δαυλίς. Atque hæc de Tereo quidem; verùm item nunc Pausaniæ mihi error indicandus, de Pandione; quem is statuit non hunc, primum ejus nominis, Erichthonii regis filium; sed secundum, Cecrope secundo natum. Ecce tibi verba, in Atticis Καὶ δὴ καὶ Πανδίων ἐβασίλευσεν, ὁ τοῦ Ἐριχθονίου· καὶ ὁ Κέκροπος δευτέρου. τοῦτον Μητιονίδαι τῆς ἀρχῆς ἐξελαύνουσι. καὶ οἱ φυγόντι ἐς Μέγαρα, (θυγατέρα γὰρ εἶχε Πύλα, τοῦ βασιλεύσαντος ἐν Μεγάροις,) συνεκπίπτουσιν οἱ παῖδες. καὶ Πανδίονα μὲν, αὐτοῦ λέγεται νοσήσαντα ἀποθανεῖν· καὶ οἱ πρὸς θαλάσσῃ μνῆμά ἐστιν ἐν τῇ Μεγαρίδι, ἐν Ἀθηνᾶς Αἰθυίας καλουμένῳ σκοπέλῳ. οἱ δὲ παῖδες, κατίασί τε ἐκ τῶν Μεγάρων, ἐκβαλόντες Μητιονίδας. καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Ἀθηναίων, Αἰγεὺς, πρεσβύτατος ὢν, ἔσχε. θυγατέρας δὲ, οὐ σὺν ἀγαθῷ δαίμονι ἔθρεψεν ὁ Πανδίων· οὐδὲ οἱ τιμωροὶ παῖδες ἀπ' αὐτοῦ ἐλείφθησαν· καίτοι, δυνάμεώς γε, ἕνεκα, πρὸς τὸν Θρᾷκα τὸ κῆδος ἐποιήσατο. Ἀλλ' οὐδεὶς πόρος ἐστὶν ἀνθρώπῳ, παραβῆναι τὸ καθῆκον ἐκ θεοῦ. Λέγουσιν, ὡς Τηρεὺς, συνοικῶν Πρόκνῃ, Φιλομήλαν ᾔσχυνεν, οὐ κατὰ νόμον δράσας τῶν Ἑλλήνων· καὶ, τὸ σῶμα ἐπιλωβησάμενος τῇ παιδὶ, ἤγαγεν εἰς ἀνάγκην δίκης τὰς γυναῖκας. *Regnavit etiam Pandion, Erichthonii; & alter, Cecropis secundi filius. qui, cum filiis à Metionidis regno pulsus, cum ad Pylam, Megarensium regem, cujus filiam in matrimonio habebat, confugisset, morbo confectus, illic diem suum obiit: estque ejus mari vicinum monumentum, eo in loco Megarensis agri, qui Minervæ Æthyiæ scopulus est vocatus. At filii, rursus ejectis Metionidis, Megaris Athenas redierunt: ubi regnum maximus natu Ægeus obtinuit. Ac filias quidem, Pandion malo facto educavit; neque filios ultores ullos reliquit: etiamsi, potentia confirmandæ causa, Thracem sibi affinitate devinxisset. Sed effugere vim fati, nemo homo ulla ratione potest. Ac fertur Tereus, cui*

Progne

Progne nupta erat, Philomelam constuprasse, commisso contra Græcorum leges facinore: tum & corpore puellæ mutilato, mulieres ad vindictam impulisse.

Cap. V.

Prognes, ac Philomelæ, infelicitas: & in aves fabulosa commutatio. Auctorum de hac dissensus indicatus. Gorgiæ Leontini dictum.

SEd ærumnas filiarum, quas Pausanias quoque dicit, in citatis proximè verbis, persequendum est. Eas narrat in hunc modum Apollodorus. Ὁ δὲ, (Τηρεὺς) ἐκ ταύτης (τῆς Πρόκνης) γεννήσας παῖδα Ἴτυν, καὶ Φιλομήλης ἐρασθεὶς, ἔφθειρε καὶ ταύτην, εἰπὼν τεθνάναι Πρόκνην, κρύπτων ἐπὶ τῶν χωρίων. αὖθις δὲ γήμας Φιλομήλαν, συνηυνάζετο· καὶ τὴν γλῶσσαν ἐξέτεμεν αὐτῆς. ἡ δὲ, ὑφήνασα ἐν πέπλῳ γράμματα, καὶ διὰ τούτων ἐμήνυσε Πρόκνῃ τὰς ἰδίας συμφοράς. ἡ δὲ ἀναζητήσασα τὴν ἀδελφὴν, κτείνει τὸν παῖδα Ἴτυν· καὶ καθεψήσασα, Τηρεῖ δεῖπνον ἀγνοοῦντι παρατίθησι· καὶ μετὰ τῆς ἀδελφῆς διὰ ταχέων ἔφυγεν. Τηρεὺς δὲ, αἰσθόμενος, ἁρπάσας πέλεκυν, ἐδίωκεν. αἱ δὲ, ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος γενόμεναι περικατάληπτοι, θεοῖς εὔχονται ἀπορνεωθῆναι. καὶ Πρόκνη μὲν, γίνεται ἀηδών· Φιλομήλα δὲ, χελιδών. ἀπορνεοῦται δὲ καὶ Τηρεὺς, καὶ γίνεται ἔποψ. *At (Tereus) suscepto ex hac (Progne) filio Itye, Philomelæ etiam amore accenditur, eamque vitiat: Prognen, ruri occultam, diem obiisse dicens. quam uxorem cum duxisset, post concubitum linguam excîdit. illa vero, literis in peplo intextis, per has Prognæ indicat ærūnas suas. ac, sorore perquisita, Itym filium occîdit, Tereoque ignoranti coctum apponit: ocyusque cum sorore fugam capit. Tereus vero, postquam facinus cognovisset, correpta securi, fugientes persequitur. hæ autem, cum jam in Daulia, urbe Phoci-*

Phocidis, comprehendendæ forent, deos rogant, ut in aves mutarentur. itaque Progne, fit luscinia: Philomela verò hirundo. Sed & Tereus in avē vertitur, fitque upupa. Conon, in Excerptis Photii, Narrat. XXXI. Τηρεὺς Θρᾳκῶν, τῶν περὶ Δαυλίαν, καὶ τὴν ἄλλην Φωκίδα, ἄγεται Πρόκνην γυναῖκα, τὴν Πανδίονος, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν. καὶ, ὡς ἐπεμάνη, καὶ ἐμίγη ἀκούσῃ Φιλομήλᾳ, τῇ ἀδελφῇ Πρόκνης, τέμνει καὶ τὴν αὐτῆς γλῶσσαν, δεδιὼς τὸν ἐκ λόγων θρίαμβον. ἡ δὲ, πέπλον ὑφαίνουσα, γράφει τὰ πάθη τοῖς νήμασι· καὶ ἡ Πρόκνη, μαθοῦσα, καὶ ἀμυνομένη, παρατίθησιν αὐτῷ δεῖπνον τὰ αὐτοῦ γεννήματα. ὁ δὲ Τηρεὺς, μαθὼν τοῦ δείπνου τὸ μύσος ἀπ' αὐτῆς τῆς Πρόκνης, ἐδίωκεν αὐτήν τε καὶ τὴν ἀδελφὴν, ὡς συνεργὸν, ξίφει ἀνελεῖν. τὰς δὲ, ὡς μῦθος, λαβὼν ἐντεῦθεν, Πρόκνην μὲν ἀηδόνα ποιεῖ· Φιλομήλαν δὲ, χελιδόνα· καὶ ᾄδουσι διὰ παντὸς τὰς τότε συμφοράς. ἀλλὰ καὶ ὁ Τηρεὺς εἰς ἔποπα ἔπτη τῷ μύθῳ· καὶ οὐδ' ἐν ὄρνεσιν αὐτὰς φασὶ πεπαῦσθαι τῆς ὀργῆς. ἀλλ' ἔποπες ἀεὶ τὰς χελιδόνας, καὶ ἀηδόνας, διώκουσιν. *Tereus, Thracum rex, eorum qui Dauliam, cæteramque item Phocidem, habitabant, ducit uxorem Prognen, filiam Pandionis, Athenarum regis. Hic postquam, insano amore captus, Philomelam invitam constupravit, Prognes sororem, linguam quoque ejus exsecuit, veritus, ne factum proderet. At illa, peplum texens, quæ passa foret, filis inscribit. ac Progne, re cognita, ulciscens facinus, filium marito suo epulandum in cæna apponit. Tereus vero, postquam epulum detestandum ex Progne ipsa didicisset, & hanc, & sororem, ceu adjutricem, gladio percussurus insequitur. Atque earum, ut fert fabula, hinc enata, Progne quidem, in lusciniam; Philomela vero, in hirundinem commutatur: canuntque semper suas illas calamitates. Sed & Tereum fabulantur in upupam conversum esse; ajuntque, neque aves quidem iram suam posuisse: siquidem upupæ perpetuo cum hirundines, tum luscinias, insectantur.* Fuse memorat porro Ovidius, Metamorph. lib. VI. Proclus, & Ioannes

Ioannes Tzetzes, ad Hesiodi ἔργων β': Scholiastes Aristophanis, Avibus: Horatii Interpres Vetus, lib. IV. Od. XII. Servius, in Eclog. VI. Lutatius, ad Theb. V: Hyginus, Fab. XLV: Zenobius, Cent. III. Proverb. XIV. Lucillus Tarrhæus, in Δαυλίαν κορώνην: Achilles Tatius, De Am. Clit. lib. V. Strictim attingit Æschylus, Agamemnone.

——— ΧΟ. οἷά τις ξουθὰ
Ἀκόρητος βοᾶς φιλόικτοις ταλαίναις φρεσὶν
Ἴτυν Ἴτυν στένουσ' ἀμφιθαλῆ κακοῖς
Ἀηδὼν βίον.
ΚΑ. Ἰὼ ἰὼ λιγείας ἀηδόνος μόρον.
——— CHO. *ceu quædam mollis,*
Et insatiata clamoris, querula miseraque mente
Ityn Ityn lugens florentem malis
Luscinia vitam. ———
CA. Heu heu canoræ lusciniæ fatum!

Demosthenes, in Orat. Fun. Παρελήφεισαν Πανδιονίδαι, Πρόκνην, καὶ Φιλομήλαν, τὰς Πανδίονος θυγατέρας, ὡς ἐτιμωρήσαντο Τηρέα, διὰ τὴν εἰς αὐτὰς ὕβριν. *Acceperant Pandionidæ, quàm acriter Progne, & Philomela, illatam sibi à Tereo contumeliam vltæ essent.* Horatius, lib. IV. Od. XII.

Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,
Infelix avis, & Cecropiæ domus
Æternum opprobrium, quod male barbaras
Regum est ulta libidines.

Gregorius Nazianzenus, Epist. I. Καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτοῖς διηγούμεθα, ταῦτα δὴ ταῦτα τὰ ἀρχαῖα, καὶ Ἀττικά· τὸν Πανδίονα, τὰς Ἀθήνας, τὸν Τηρέα, τὴν Θρᾴκην, τὴν ἀποδημίαν, τὸ κῆδος, τὴν ὕβριν, τὴν ἐκτομὴν τῆς γλώττης, τὰ γράμματα, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν Ἴτυν, καὶ ὡς ἐγενόμεθα ἐξ ἀνθρώπων ὄρνιθες. *Resque nostras ipsis exponimus; nimirum vetera illa, & Attica: Pan-*

dionem, Athenas, Tereum, Thraciam, peregrinationem, affinitatem, contumeliam, linguæ exsectionem, literas, præterque omnia Ityn, & quomodo ex hominibus in aves mutatæ sumus. Meminere etiam, Oppianus, Cynegetis lib. III. Aristophanes, Avibus; Strabo, lib. IX: Stephanus, in Δαυλίς. Ælianus, Var. Hist. lib. XII. cap. XX. Iustinus Martyr, ad Græcos, Orat. II. Longus, Pastoralium lib. III. Æaus Gazæus, extremo Theophrasto. Artemidorus, Onirocrit. lib. II cap. LXXI. Quidam, earum singulatim meminere. Ita Varro solius Prognes, De L. L lib. IV. *Lusciniola, quod luctuose canere existimatur: atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis.* Iuvenalis, Sat. VI.

Credamus Tragicis, quicquid de Colchide torva
Dicitur, & Progne. ———

Ad quem locum Interpres vetus. *Progne filium suum occidit, propter sororem, à marito stupratam.* Persius, Sat. V.

Si quibus aut Prognes, aut si quibus olla Thyestæ
Fervebit. ———

Et ad illum locum Cornutus, interpres vetus. Petronius, in Satyrico.

——— *testis silvester Iasdon,*
Atque urbana Progne: quæ circum gramina fusæ,
Et molles violas, cantu sua rura colebant.

Sic Philomelæ, quæ Πανδιονὶς χελιδὼν, *Pandionia hirundo*, ipsi dicitur, Hesiodus, Ἔργ β'.

Τόνδ' ἐμετ' ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὦρτο χελιδών.
Post hunc mane lugens Pandionia prorumpit hirundo.

Pollux, lib. II c. IV. sect. XXVI. Διὸ καὶ ὁ μῦθος τὴν (γλῶσσαν) τῆς Πανδιονίδος ἀπέτεμεν, ἄλαλον εἶναι βουληθείς. *Quapropter & fabula (linguam) Pandionidis abscidit, mutam eam esse volens.* Anacreon, Carm. εἰς χελιδόνα.

Ἡ μᾶλ-

Ἢ μᾶλλον ἐνδοθέν σου
Τὴν γλῶσσαν ὡς ὁ Τηρεὺς
Ἐκεῖνος, ἐκθερίξω.
Aut potius tuam
Linguam, quemadmodum Tereus
Ille, excîdam.

Martialis, lib. XIV. Epigr. LXXIII.

Flet Philomela nefas incesti Tereos: &, quæ
Muta puella fuit, garrula fertur avis.

Virgilius, Ecloga VI.

Quas illi Philomela dapes, quæ dona parârit.

Sed & quidam veterum hic est dissensus: nam, cum alii Prognen tradant in lusciniam commutatam, Philomelam in hirundinem; alii contra, & Prognen versam in hirundinem, Philomelam in lusciniam, sunt auctores. Hyginus, Fab. XLV. *Tereus, facinore cognito, cum fugientes insequeretur, deorum misericordia factum est, ut Progne in hirundinem commutaretur, Philomela in lusciniam.* Servius. ad Eclog. VI. *Quas cum Tereus, agnito scelere, insequeretur, in aves mutatæ sunt: Progne in hirundinem, Philomela in lusciniam.* Cornelius Severus, in Ætnâ.

——sedes vestra en Philomela canoris
Te vocat in silvis: & tu, soror, hospita tectis
Acciperis. ——

Pausanias, negat has sorores in aves esse commutatas: sed Athenis ex mærore diem suum obiisse. Ita enim de illis tradit, in Atticis. Αἱ δὲ γυναῖκες, (Πρόκνη, καὶ Φιλομήλα,) ἐς μὲν Ἀθήνας ἀφίκοντο. θρηνοῦσαι δὲ, οἷα ἔπαθον, καὶ οἷα ἀντέδρασαν, ὑπὸ δακρύων διαφθείρονται. καὶ σφίσι τὴν ἐς ἀηδόνα καὶ χελιδόνα, μεταβολὴν ἐπεφήμισαν, ὅτι, οἶμαι, καὶ αὗται ὄρνιθες ἐλεεινὸν, καὶ θρήνῳ ὅμοιον, ᾄδουσιν. *Mulieres vero, (Progne, & Philomela,) Athenas quidem venerunt; deflentes autem cùm quæ*

passæ ipsæ essent, tum quæ etiam fecissent, præ lacrymis contabescunt. ac mutationem in lusciniam, & hirundinem, de ipsis, opinor, tradidere; quod hæ aves miserabiles, atque luctuosos cantus edant. Porro ad Philomelam pertinet Gorgiæ dictum, quod commemorat Plutarchus, Sympos. l. VIII. Quæst. VII. Γοργίας ἦν ὁ σοφιστὴς, χελιδόνος ἀφείσης ἐπ' αὐτὸν ἀπόπατον, ἀναβλέψας πρὸς αὐτὴν· οὐ καλὰ ταῦτα ἔφη, ὦ Φιλομήλα. *Gorgias sophista, cum in ipsum hirundo stercus dejecisset; Non recta hæc, inquit, Philomela.* Meminit quoque Aristoteles, Rhet. lib. III. cap. III. & Cicero, in Oratore. Illud etiam obiter hic admonendum, aliquod Auctorum veterum circa historiam dissidium esse; & Aëdonem, quæ in lusciniam, Chelidonem, quæ mutata in hirundinem: non Prognen, aut Philomelam, exstitisse: easque non Pandionis filias, sed Pandarei fuisse. Homerus, Odyss. Τ'.

Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν,
Καλὸν ἀείδησιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο.
Vt cum Pandarei nata, floridula luscinia,
Pulcrè canit, vere recens consistente.

Quos duos versus citat etiam Demetrius Phalereus, lib. De Elocut. Videndi autem ad eosdem, Didymus, & Eustathius: item Antoninus Liberalis, Metamorphoseωs cap. XI.

CAP. VI.

Mors Pandionis; tum & quam diu regnaverit: ac quæ uxor ejus fuerit, liberique. Erechtheus, hæres: Butes sacerdos Minervæ, & Neptuni. Alius Butes, Teleontis filius, sive Æneæ, Argo-nauta: item tertius, Pal-

lantis; siue ille potius Brytes: à quo familia Βρυτάδαι. Ovidii locus restitutus. Pandionis tribus: populique, qui sub ea.

PAndion vero, eo filiarum casu acerbissimè afflictus, nimio mærore animi vitam finiit. Ovidius, Metamorph. lib. VI.

Hic dolor ante diem, longæque extrema senectæ
Tempora, Tartareas Pandiona misit ad umbras.

Idque anno regni sui quadragesimo. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν πέμπτος Πανδίων, ἔτη τεσσαράκοντα. Hieronymus. *Atheniensibus regnavit quintus Pandion, annis quadraginta.* Abbas Vrspergensis. *Pandion, rex Atheniensium quintus, regnavit annis quadraginta.* Ac consentiunt, Marianus, & Vincentius Bellovacensis. Vxorem habuit Zeuxippen, quæ matertera ipsi erat; ex eaque filios duos, Erechtheum, ac Buten, sustulit: filiasque, de quibus dixi, capite superiori; Prognen nempe, & Philomelam. Apollodorus. Πανδίων δὲ, γήμας Ζευξίππην, τῆς μητρὸς τὴν ἀδελφὴν, θυγατέρας μὲν ἐτέκνωσε, Πρόκνην, καὶ Φιλομήλαν· παῖδας δὲ, διδύμους, Ἐρεχθέα, καὶ Βούτην. *Pandion vero, ducta uxore Zeuxippa, eaque matertera, filias quidem ex ea sustulit, Prognen, atque Philomelam: filios autem, geminos, Erechtheum, & Buten.* Ioannes Tzetzes, Chil. V. c. XIX.

Ζευξίππης, καὶ Πανδίονος, ὁ Ἐρεχθεὺς ἐξέφυ·
Πρόκνη, καὶ Φιλομήλα τε, καὶ Βούτης δὲ σὺν τούτοις.
Zeuxippâ, & Pandione, Erechtheus natus est:
Progne, & Philomela, & Butes cum istis.

Et Erechtheus quidem, in regnum successit: Butes, sacerdotium accepit cum Minervæ, tum Neptuni Erichthonii. Apollodorus. Πανδίονος δὲ ἀποθανόντος, οἱ παῖδες τὰ πατρῷα ἐμερίσαντο. καὶ τὴν βασιλείαν, Ἐρεχθεὺς λαμβάνει. τὴν

δὲ ἱερωσύνην τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τοῦ Ποσειδῶνος τοῦ Ἐριχθονίου, Βούτης. *Postquam Pandion fatis concessit, filii hæreditatem patris inter se partiuntur atque regnum, Erechtheus accipit: Minervæ vero, & Neptuni Erichthonii, sacerdotium, Butes.* Quanquam sane Erechtheum Diodorus Siculus Ægyptium tradat, ut mox dicam, capite sequenti. A Bute vero, familia Athenis mansit, Βουτάδαι dicta, & Ἐτεοβουτάδαι. Meminit ejus Synesius, De Insomniis. Διαφέρει δ' οὐδὲν τῷ θεῷ, τίς ὁ Ἐτεοβουτάδης, ἢ τίς ὁ μανῆς ὁ νεώνητος. *Nihil dei interest, quis sit Eteobutades, aut quis servus nuper emptus.* Nicephorus Gregoras, ad eum locum. Ἐτεοβουτάδαι, γένος τι ἀρχαῖον, ἐπίσημον ἐν Ἀθήναις, καὶ περιφανές· οἱ ἀληθῶς ἐκ τῆς τοῦ Βούτου γενεᾶς καταγόμενοι. *Eteobutadæ, familia quædam antiqua Athenis, insignis, & splendida: qui revera ad Buten genus referebant.* Sed de hac familia, ago copiose, libro singulari, De Familiis Atticis. Alius autem ab hoc Bute, ne confundas, quanquam item Atheniensis, Teleontis filius, unus ille ex Argonautis. Apollonius Rhodius, Argonaut. lib. I.

Τοῖς δ' ἐπὶ Κεκροπίηθεν Ἀρήϊος ἤλυθε Βούτης,
Παῖς ἀγαθοῦ Τελέοντος. ——

Ad hos Athenis accessit Martius Butes,
Filius strenui Teleontis. ——

Meminit ejus etiam Hyginus, Fab. XIV. Orpheus, illum Æneæ filium facit.

Βούτης τ' Αἰνειάδης, ἴκελος χρυσαόρῳ Φοίβῳ.

Butesque Æneades, similis aureum ensem habenti Phœbo.

Valerius Flaccus, lib. I.

Proximus huic Butes Actæis dives ab oris.

Ita enim illic emendandum esse, supra monui, lib. I. cap. III. Alius rursum, & ipse Atheniensis, Pallantis filius: de quo Ovidius, Metamorph. lib. VII.

Major

Major habet Clyton, & Buten, Pallante creatos.
Sed, quandoquidem libri illic manuſcripti habent, & *Bruten*, cenſeo legendum, & *Bryten*; atque eum ipſum eſſe, à quo familia Athenienſis, Βρυτιάδαι, ſeu Βρυτάδαι, appellata: uti à Bute, Βουτάδαι. De qua item à me actum, libro de Familiis Atticis. Porrò à Pandione iſto tribus quædam Πανδιονὶς dicta fuit. Harpocration Πανδιονὶς, μία τῶν δέκα φυλῶν παρ' Ἀθηναίοις ἐστί· κληθεῖσα ἀπὸ Πανδίονος, τοῦ Ἐριχθονίου. *Pandionis, una decem tribuum erat apud Athenienſes: appellata à Pandione, Erichthonii filio.* Ac ſub ea cenſebantur iſti Atticæ populi, Ἀγγελὴ, Κονθύλη, Κυδαθήναιον, Οἆ, Παιανιὰ, Περασιαὶ, Προβάλινθος, Στειριὰ, Φηγαία. Præterea ab hoc Athenienſes, *Populus Pandionis* dicuntur Lucretio, lib. VI.

Incubuit tandem populo Pandionis.

Et Athenæ *Pandioniæ* Ovidio.

Quid Pandioniæ reſtant niſi nomen Athenæ?

CAP. VII.

Erechtheus, Pandionis filius: vel Ægyptius, aut terrigena. Fruges donaſſe memoratur, atque ideo regnum conſecutus eſſe: ac tum ſacra Eleuſinia etiam inſtituiſſe, Cereremque item hoſpitio excepiſſe. Tribunalis in Phrytaneo origo, & cauſa. Alius ab eo fuit, qui Rhannunte matri Nemeſi ſimulacrum dedicavit.

PAndioni ſucceſſit Erechtheus filius. Apollodorus. Πανδίονος δὲ ἀποθανόντος, οἱ παῖδες τὰ πατρῷα ἐμερίσαντο, καὶ τὴν βασιλείαν, Ἐρεχθεὺς λαμβάνει. *Mortuo Pandione. filii paterna bona inter ſe partiuntur: ac Erechtheus regnum accipit.* Iuſtinus, lib. II *Per ordinem deinde ſucceſſionis, regnum*

regnum ad Erechtheum descendit. Ovidius, Metamorph. lib. VI

Hic dolor ante diem, longeque extrema senectæ
Tempora, Tartareas Pandiona misit ad umbras.
Sceptra loci, verumque capit moderamen Erechtheus.

Ac Pandionis quidem filium, facit etiam Pausanias, in Atticis. Πρότερός τε γὰρ ἦρξε Κέκροψ, ὃς τὴν Ἀκταίου θυγατέρα ἔσχηκε. καὶ ὕστερον ἄλλος, ὃς μετῴκησεν ἐς Εὔβοιαν, Ἐρεχθέως υἱὸς, τοῦ Πανδίονος, τοῦ Ἐριχθονίου. *Regnavit enim & Cecrops major, quicum Actæi filia nupta fuit: ac postea minor, Erechthei filius, Pandionis nepos, Erichthonii pronepos: à quo colonia in Eubœam deducta est.* Item Ioannes Tzetzes, Chil. V. cap. XIX.

Ζευξίππης, καὶ Πανδίονος, ὁ Ἐρεχθεὺς ἐξέφυ.
Zeuxippa, & Pandione, Erechtheus natus est.

Diodorus Siculus, non Pandionis filium tradit, sed Ægyptium: & ad regnum pervenisse, donatis civitati frugibus. Verba ejus ita habent, lib. I. Καὶ τὸν Ἐρεχθέα λέγουσι, τὸ γένος Αἰγύπτιον ὄντα, βασιλεῦσαι τῶν Ἀθηνῶν, τοιαύτας τινὰς φέροντες ἀποδείξεις. γενομένων γὰρ ὁμολογουμένως αὐχμῶν μεγάλων κατὰ πᾶσαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην, πλὴν Αἰγύπτου, διὰ τὴν ἰδιότητα τῆς χώρας, καὶ φθορᾶς ἐπιγενομένης τῶν τε καρπῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐξ Αἰγύπτου τὸν Ἐρεχθέα κομίσαι, διὰ τὴν συγγένειαν, σίτου πλῆθος εἰς τὰς Ἀθήνας. ἀνθ' ὧν τοὺς εὖ παθόντας βασιλέα καταστῆσαι τὸν εὐεργέτην. *Erechtheum, natione Ægyptium, Athenarum regem factum, his rationibus demonstrant. Cum per totum ferè orbem terrarum, Ægypto tantum excepta, ob loci genium, omnium confessione ingens siccitas, cum magna simul frugum hominumque pernicie, orta esset; Erechtheus ex Ægypto magnam frumenti copiam Athenas, ob cognationem, advexit. ideoque, beneficio affecti cives, regem sibi virum bene de se meritum statuerunt.* Herodotus,

tus, terrigenam dicit, lib. VIII Ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθῆος, τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι, νηός. *Est in hac arce*, (loquitur autem de arce Athenarum,) *Erechthei, qui terrigena fuisse fertur, fanum.* Quod vero de donatis ab illo frugibus tradit Diodorus, id confirmat & sequentibus istis verbis. Ὁμολογεῖν δὲ καὶ τοὺς Ἀθηναίους, ὅτι, βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, καὶ τῶν καρπῶν, διὰ τὴν ἀνομβρίαν, προηφανισμένων, ἡ τῆς Δήμητρος ἐγένετο παρουσία πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἡ δωρεὰ τοῦ σίτου. *Fateri etiam Athenienses, regnante Erechtheo, cum defectus pluviarum fruges absumpsisset, Cererem venisse illuc, & donatione frumenti ipsos sublevasse.* Nec frumentum tunc duntaxat ejus beneficio Athenienses accepisse, sed & sacra Eleusinia, idem docet. Τοῦτον δὲ, (τὸν Ἐρεχθέα,) παραλαβόντα τὴν ἡγεμονίαν, καταδεῖξαι τὰς τελετὰς τῆς Δήμητρος, ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ τὰ μυστήρια ποιῆσαι, μετενεγκόντα τὸ περὶ τούτων νόμιμον ἐξ Αἰγύπτου. *Hunc vero, (Erechtheum) accepto principatu, Eleusine initia illa Cereris edocuisse; ac mysteria instituisse, ritu eorum ex Ægypto translato.* Et postea. Πρὸς δὲ τούτοις, αἱ τελεταὶ, καὶ τὰ μυστήρια ταύτης τῆς θεοῦ τότε καταδείχθησαν ἐν Ἐλευσῖνι. *Ad hæc, initia, & mysteria ejus deæ, per id tempus Eleusine instituta.* Certè de donatis frugibus, & initiis illis Cereris institutis, etiam Iustinus tradit, lib. II. *Per ordinem deinde successionis regnum ad Erechtheum descendit; sub quo frumenti satio apud Eleusin à Triptolemo reperta est: in cujus muneris honorem, noctes initiorum sacratæ.* Porro observa, in citatis paullo ante Diodori istis verbis, Cererem Athenas demum sub Erechtheo advenisse: quod sub Cranao alios factum, alios autem sub Pandione memorare, supra ostendi. Ac confirmat illud Stephanus, in Ἐρεχθειά: ubi ait, deam hospitio ab Erechtheo exceptam. Ἐρεχθειὰ, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς· ἀπὸ Ἐρεχθέως, τοῦ ξενίσαντος τὴν

Δήμητρα. *Erechthéa, populus Atticæ, tribus Ægeïdis: ab Erechtheo, qui Cererem hospitio excepit.* Et tribunal Prytanei, quod vocabant, sub eodem institutum. Rem, & causam, ex Pausania accipimus: qui in Atticis ita refert. Τὸ δὲ ἐν Πρυτανείῳ καλούμενον, (δικαστήριον,) ἔνθα τῷ σιδήρῳ καὶ πᾶσιν ὁμοίως τοῖς ἀψύχοις, δικάζουσιν, ἐπὶ τῷδε ἄρξασθαι νομίζω. Ἀθηναίων βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, τότε πρῶτον βοῦν ἔκτεινεν ὁ Βουφόνος, ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Πολιέως Διός. καὶ ὁ μὲν, ἀπολιπὼν ταύτῃ τὸν πέλεκυν, ἀπῆλθεν ἐκ τῆς χώρας φεύγων· ὁ δὲ πέλεκυς, παραυτίκα ἀφείθη κριθείς· καὶ ἐς τόδε ἀνὰ πᾶν ἔτος κρίνεται. *In Prytaneo, quod vocatur, (tribunal,) ibi deferro, aliisque inanimatis item rebus, fit judicium: & principium equidem hoc fuisse arbitror. Erechtheo regnante Athenis, bovem sacerdos, is qui Buphonus appellatus, primum ad Iovis Poliei aram occîdit. atque is quidem, relicta illic securi, è regione in exilium statim ivit; securis autem, judicio est absoluta: ac quotannis in hunc modum judicatur.* Alius fuit, qui Rhamnunte matri Nemesi, loci illius reginæ, Veneris specie simulacrum, mali ramum manu gestans, dedicavit. Suidas. Ῥαμνουσία Νέμεσις. αὕτη πρῶτον ἀφίδρυτο, ἐν Ἀφροδίτης σχήματι, διὸ καὶ κλάδον εἶχε μηλέας. ἱδρύσατο δὲ αὐτὴν Ἐρεχθεύς, μητέρα ἑαυτοῦ οὖσαν, ὀνομαζομένην δὲ Νέμεσιν, καὶ βασιλεύσαντα ἐν τῷ τόπῳ. *Rhamnusia Nemesis. Hæc primum dedicata fuit Veneris specie: quamobrem etiam mali ramum gestabat. Dedicavit autem eam Erechtheus, matris suæ nomine, quæ Nemesis dicebatur, eoque in loco regnabat.*

CAP. VIII.

Bellum ejus cum Eubææ Chalcidensibus; quia filium Alconem, ut videtur, quem receperant, cum Chalciopâ filia profugientem, dedere ipsi postulanti recusassent. Alterum item ejus bellum, cum Eleusiniis. In priore, Xuthus

thus, cum ſuppetias tuliſſet, filiam ejus Creuſam uxorem accipit: in poſteriore verò, Ion juvit. Confuſio Auctorum judicata. Eleuſiniis opem contra Eumolpus tulit; ſive bellum ipſe intulit, odio in Athenienſes, ob contentionem patris cum Minerva. Atque ille etiam filium copiis ſuis præfecit, Immaradum nomine; quem Immarum, ſive Iſmarum, aut Immarnachum, alii vocant: iſque, in prælio interfectus, Athenas defertur, atque ibi ſepelitur, in conſepto templi Cereris Eleuſinæ. Arnobii locus emendatus: & oſtenſus item error. Tum Eumolpus quoque ipſe in eadem pugna cæſus.

BEllum geſſit cum Chalcidenſibus Eubœæ: in quo cum juviſſet Xuthus, dignus æſtimatus fuit, qui Creuſam, ejus filiam, uxorem acciperet. Diſco ex Euripide, Ione.

Κρέουσα δ', ἡ τεκοῦσα τὸν νεανίαν,
Ξούθῳ γαμεῖται, συμφορᾶς τοιᾶσδ' ὕπο.
Ἦν ταῖς Ἀθήναις, τοῖς τε Χαλκωδοντίδαις,
Οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα, πολέμιος κλύδων.
Ὃν συμπονήσας, καὶ συνεξελθὼν δορὶ,
Γάμων Κρεούσης ἀξίωμ' ἐδέξατο.

Creuſa vero, quæ pepererat hunc adoleſcentem,
Xutho nubit, talem ob caſum.
Erat Athenis, & Chalcidenſibus
Qui terram habitant Euboicam, bellica tempeſtas:
Cui allaborans poſtquam unà egreſſus eſſet cum haſta,
Dignus Creuſæ nuptiis putatus eſt.

Cauſam ille non exponit, ſed conjicio: quod Alconem, filium ſuum, cum Chalciopa filia ad ipſos profugum, dedere petenti nollent. Id obſervo apud Apollonii Rhodii Scholiaſten, lib. I. Ἄλκωνα, τὸν Φαλήρου πατέρα,

 Πρό-

Πρόξενος φησὶν υἱὸν Ἐρχθέως· φυγεῖν δὲ αὐτὸν λέγει ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, μετὰ τῆς θυγατρὸς Χαλκιόπης εἰς Εὔβοιαν. ἐξαιτοῦντος δὲ τοῦ πατρὸς, οὐκ ἐκδοῦναι τοὺς Χαλκιδέας. *Alconem, Phaleri patrem, Proxenus dicit, filium Erechthei esse; atque ipsum, unà cum Chalciopa filia, in Eubœam profugisse: cumque pater dedi eum sibi peteret, recusasse Chalcidenses.* Postea aliud quoque illi bellum exortum est cum Eleusiniis; & Eumolpo, Thraciæ rege, Eleusinios adjuvante: cumque oraculum de eventu scitaretur, responsum tulit, se superiorem fore, si è filiabus unam immolaret. Apollodorus. Καὶ πολέμου ἐνστάντος πρὸς Ἀθηναίους, καὶ Ἐλευσινίους, ἐπικληθεὶς, ὁ Εὔμολπος,) ὑπὸ Ἐλευσινίων, μετὰ πολλῆς συνεμάχει Θρακῶν δυνάμεως. Ἐρεχθεῖ δὲ ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης χρωμένῳ, ἔχρησεν ὁ θεὸς, κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ. *Et exorto inter Athenienses Eleusiniosque bello, magno cum exercitu Thracum (Eumolpus) opem laturus advenit. At Erechtheo, oraculum de belli eventu consulenti, respondit deus, benè se gesturum bellum, si filiarum unam immolaret.* Ac de filiæ quidem immolatione, postea agam: nunc de bello, utrinque gesto, prius dicam. Ab Atheniensium partibus, Xuthus erat, & auxilium ferebat. Suidas. Ἐβοήθησεν ὁ Ξοῦθος πολλῇ σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου. Ἐρεχθεὺς τότε Ἀθηνῶν ἐβασίλευσεν. *Xuthus Atheniensibus, cum bello infestarentur ab Eumolpo, multo studio opem tulit: regnante Athenis tunc Erechtheo.* Quæ totidem verbis tradit Auctor Etymologici. Alii, Iovem memorant, ejus filium. Harpocration, ex Philochoro. Ἴων ὁ Ξούθου ἐβοήθησε σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος, Ἐρεχθέως βασιλεύοντος. *Ion, Xuthi filius, studiose opem tulit Atheniensibus, bello vexatis ab Eumolpo, regnante Erechtheo.* Strab. l. VIII Ἴων δὲ τοὺς μετ' Εὐμόλπου νικήσας Θρᾷκας, οὕτως ηὐδοκίμησεν, ὥστε ἐπέτρεψαν

αὐτῷ

αὐτῷ τὴν πολιτείαν Ἀθηναῖοι. *Ion, devictis qui cum Eumolpo erant Thracibus, tantam consecutus est existimationem, ut ei remp. commiserint Athenienses.* Etymologici Auctor, cum antea Xuthum dixisset, postea quoque Ionem opitulatum tradit. Πολέμου συστάντος Ἀθηναίοις καὶ Ἐλευσινίοις, συμμαχήσαντος Ἴωνος κατὰ συγγένειαν, ἐνίκησαν οἱ Ἀθηναῖοι. *Bello orto inter Athenienses & Eleusinios, Ione, ut genere junctus erat, adjuvante, vicêre Athenienses.* Idem quoque Herodotus refert, lib. VIII: & Pausanias, in Atticis, Corinthiacis, & Achaicis. Sed duorum hîc bellorum est confusio: & priore, Xuthus pater; posteriore, Ion filius operæ præclarus fuit. Atque ut Atheniensibus Ion contra Eleusinios opem tulit, sic Eumolpus Eleusiniis. Vides in Apollodori anteà citatis verbis: innuitque & Thucydides, lib. II. Καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ᾽ Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα. *Ac quidam ipsorum bellum etiam gesserunt, ut Eleusinii cum Eumolpo contra Erechtheum.* Acesodorus, in Fragmento, apud Scoliasten Sophoclis, ad Oed. Col. Κατοικῆσαι δὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἱστοροῦσι πρῶτον μὲν τοὺς αὐτόχθονας, εἶτα Θρᾷκας, τοὺς μετὰ Εὐμόλπου παραγενομένους εἰς βοήθειαν εἰς τὸν κατ᾽ Ἐρεχθέως πόλεμον. *Inhabitasse verò Eleusinem ferunt primo quidem indigenas, inde Thracas, qui cum Eumolpo advenerunt, in auxilium belli cum Erechtheo gesti.* Scholiastes Euripidis, Phœnissis. Οὗτος (Εὔμολπος) συνεμάχησεν Ἐλευσινίοις στασιάζουσι κατὰ τοῦ βασιλέως Ἐρεχθέως. *Hic (Eumolpus) suppetias tulit Eleusiniis, adversus regem Erechtheum tumultuantibus.* Alii, simpliciter Eumolpi istud bellum, & non Eleusiniorum. Aristides, in Panathenaico suo λέγεται γὰρ Ἐρεχθεὺς μὲν, ἐν τῷ πρὸς Εὔμολπον πολέμῳ τούτῳ, τὴν θυγατέρα ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀποδοῦναι. *Fertur Erechtheus, isto contra Eumolpum bello, filiam suam pro salute reip. concessisse.* Cle-

se Clemens, Strom. I Κατὰ δὲ Προῖτον, ὁ Εὐμόλπου πρὸς Ἀθηναίους πόλεμος. *Tempore autem Prœti, bellum Eumolpi adversus Athenienses.* Alcidamas, Orat. in Palamedem. Μενεσθεὺς δὲ, πρῶτος λέγεται κοσμῆσαι τάξεις, καὶ λόχους, καὶ φάλαγγας συστῆσαι, ἡνίκα Εὔμολπος ὁ Ποσειδῶνος ἐπ' Ἀθηναίους ἐστράτευσε, Θρᾷκας ἄγων. *Ac Menestheus, primus aciem ordinasse memoratur, turmasque, & phalanges, instituisse: quando Eumolpus, Neptuni filius, adducto Thracum exercitu, Athenienses infestabat.* Meminit quoque Euripides, Phœnissis. Et caussam memorat Lycurgus, Orat. in Leocratem: quod nimirum ei litem intenderet de regione, scilicet ob Neptuni patris cum Minerva veterem contentionem. Φασὶ γὰρ Εὔμολπον, τὸν Ποσειδῶνος, καὶ Χιόνης, μετὰ Θρᾳκῶν ἐλθεῖν, τῆς χώρας ταύτης ἀμφισβητοῦντα· τυχεῖν δὲ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα. *Ajunt verò Eumolpum, filium Neptuni, & Chiones, litem de hac regione intendentem, cum Thracibus venisse, ac tum temporis regem Erechtheum fuisse.* Isocrates, in Panathenaico. Θρᾷκες μὲν γὰρ μετ' Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος ἐνέβαλον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὃς ἠμφισβήτησεν Ἐρεχθεῖ τῆς πόλεως, φάσκων, Ποσειδῶνα πρότερον Ἀθηνᾶς καταλαβεῖν αὐτήν. *Etenim Thraces quidem cum Eumolpo, Neptuni filio, in agros nostros irruperunt: qui cum Erechtheo de urbe contendebat, inquiens, Neptunum eam Minerva priorem occupasse.* Hyginus, Fab. XLVI. *In eo tempore Eumolpus, Neptuni filius, Athenas venit oppugnaturus, quod patris sui terram Atticam esse diceret.* Sunt qui tradant, Eumolpum quidem non ipsum bellum hoc gessisse, sed filium ejus. Ac confirmat id Pausanias, qui Immaradum eum refert appellatum. Ecce verba ista, in Atticis. Ἐρεχθεὺς πέφυκεν ἐν τοῖς ἐπωνύμοις, ὃς ἐνίκησεν Ἐλευσινίους μάχῃ, καὶ τὸν ἡγούμενον ἀπέκτεινεν Ἰμμάραδον, τὸν Εὐμόλπου. *Erechtheus item est inter eos, à quibus nominantur tribus:*

tribus: qui Eleusinios prælio vicit, eorumque ducem Immaradum, Eumolpi filium, interfecit. Iterum postea. Ἔστι δὲ ἀγάλματα μεγάλα χαλκοῦ, διεστῶτες ἄνδρες ἐς μάχην. καὶ τὸν μὲν, Ἐρεχθέα καλοῦσι· τὸν δὲ, Εὔμολπον. καίτοι λέληθέ γε οὐδὲ Ἀθηναίων ὅσοι τὰ ἀρχαῖα ἴσασιν, Ἰμμάραδον εἶναι, παῖδα Εὐμόλπου τοῦτον, τὸν ἀποθανόντα ὑπὸ Ἐρεχθέως. *Sunt etiam ex ære signa duo grandia, quasi inter se dimicantium. eorum alterum, Erechtheum dicunt: alterum, Eumolpum. neque tamen ignorant, qui Atheniensium res priscas norunt, Immaradum esse hunc, Eumolpi filium, quem Erechtheus interfecerit.* Ac rursum, alio quodam loco, in iisdem illis Atticis. Γενομένης δὲ Ἐλευσινίοις μάχης Ἀθηναίους, ἀπέθανε μὲν Ἐρεχθεὺς, Ἀθηναίων βασιλεὺς. ἀπέθανε δὲ Ἰμμάραδος, ὁ Εὐμόλπου. *Commissa verò inter Eleusinios & Athenienses pugna, hinc quidem Erechtheus, rex Atheniensium, istinc autem Immaradus, Eumolpi filius, ceciderunt.* Ejusque corpus, Athenas delatum, in consepto templi Cereris Eleusinæ, quod sub arce, sepultum fuit. Clemens, in Protreptico. Ἴμμαρος δὲ ὁ Εὐμόλπου καὶ Δαείρας, οὐχὶ ἐν τῷ περιβόλῳ κεκήδευται τοῦ Ἐλευσινίου, τοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει. *Immarus verò, Eumolpi & Dairæ filius, nonne in septo Eleusinii, quod sub arce, est sepultus?* Apud Eusebium, De Præp. Euang. lib. II. ubi locum hunc Clementis is transscribit, Ἴζμαρος, non Ἴμμαρος, legitur; aut Ἰμμάραδος, ut apud Pausaniam tribus locis, jam citatis, constanter scribitur. Arnobio verò, rem eandem referenti, ex Clemente, ut alia quædam, *Immarnachus* dicitur, lib. VI, *Dairas, & Immarnachus, fratres, (conditi scribuntur) in Eleusinis consepto, quod civitati subjectum est.* Sed scribendum eo loco, *in Eleusinii consepto.* Neque enim Eleusine est sepultus, sed Athenis, intra septum templi Cereris Eleusinæ, infra arcem: ubi satis manifestè verba hæc Clementis indicant, ἐν περιβόλῳ

τοῦ

τοῦ Ἐλευσινίου, τοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει. *In septo templi Eleusinii, quod sub arce.* Deinde, ut hoc quoque dicam, velut obiter, non sat animum advertit, cum Δαείρας, in Clementis illis verbis, primum potius casum censens, quam secundum, fratrem Immaradi, & non matrem, existimavit. Porrò, non Immaradus tantum, Eumolpi filius, sed Eumolpus quoque ipse, eo prælio cecidisse à quibusdam memoratur. Apollodorus. Γενομένης δὲ μετὰ σφαγὴν τῆς μάχης, Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον. *Commissa verò post immolationem pugna, Erechtheus quidem Eumolpum occidit* Scholiastes Euripidis, loco citato Συνεμάχησεν (ὁ Εὔμολπος) Ἐλευσινίοις, στασιάζουσι κατὰ τοῦ βασιλέως Ἐρεχθέως· καὶ ἡττηθεὶς, ἐφονεύθη. *Suppetias tulit (Eumolpus) Eleusiniis, adversus regem Erechtheum tumultuantibus; superatusque, est occisus.* Hyginus, Fab. XLVI. *Eo tempore Eumolpus, Neptuni filius, Athenas venit oppugnaturus; quod patris sui terram Atticam esse diceret. Is victus cum exercitu, cum esset ab Atheniensibus interfectus, Neptunus, ne filii morte Erechtheus lætaretur, expostulavit.*

CAP. IX.

Erechtheus, ut vinceret, oraculi monitu, filiarum unam immolat: cum qua reliquæ, ita pactæ, sese omnes immolarunt. Dissensus in hac re Auctorum: isque etiam explicatus: tum ostensa & confusio Vlpiani. Locus ubi immolatæ, Hyacinthus appellatus; atque ipsæ, Hyacinthides, & Παρθένοι, sive Virgines: ac relatæ inter deos, sed tres tantum, ibique Ὑάδες nuncupatæ.

ERechtheus, bello hoc concitato, cum oraculum cōsuleret de eventu, responsum tulit: se superiorem fore,

fore, si Proserpinam, filiarum natu maximam, immolaret. Itaq; Athenas redux, postquam rem communicasset cum Phrasithea uxore, paret oraculo; &, commisso prælio, profligat hostem. Demaratus, Τραγῳδουμένων lib. III. cujus Fragmentum nobis exhibet Stobæus, Serm. XXXVIII. Ἀθηναίων πρὸς Εὔμολπον τὸν Θρακῶν βασιλέα, πόλεμον ἐχόντων, Ἐρεχθεὺς, ὁ τῆς Ἀττικῆς προϊστάμενος, χρησμὸν ἔλαβεν, ὅτι νικήσει τοὺς ἐχθροὺς, ἐὰν μὲν πρεσβυτάτην τῶν θυγατέρων Περσεφόνῃ θύσῃ. παραγενόμενος δὲ εἰς Ἀθήνας, Θρασυθέᾳ τῇ γυναικὶ τὴν Πυθόχρηστον μαντείαν ἀπήγγειλεν· εἶθ' οὕτω τὴν κόρην προσαγαγὼν τοῖς βωμοῖς, ἀνεῖλε. καὶ, συμβαλὼν τὸν πόλεμον, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς νίκης. *Atheniensibus cum Eumolpo, Thracum rege, bellum gerentibus, rex Atticæ Erechtheus oraculum accepit, se profligaturum hostes, si Proserpinam, filiarum natu maximam, immolaret. Reversus igitur Athenas, Pythicum oraculum Thrasytheæ uxori exponit. inde adductam ad aram filiam ita cædit: prælioque mox commisso, hostem vincit.* Apollodorus, non maximam, sed minimam natu, immolatam esse tradit. Καὶ σφαξαντος αὐτοῦ (τοῦ Ἐρεχθέως) τὴν νεωτάτην, καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν. *Cumque ipse (Erechtheus) minimam natu immolasset, reliquæ se etiam omnes immolarunt.* Alii, simpliciter dicunt, immolatam ab illo filiam, nullæ ætatis mentione. Porphyrius, De Abst. lib. II. Παρίημι Θρᾷκας, καὶ Σκύθας· καὶ ὡς Ἀθηναῖοι τὴν Ἐρεχθέως καὶ Πραξιθέας θυγατέρα ἀνεῖλον. *Prætermitto Thracas, & Scythas; ac quemadmodum Athenienses Erechthei & Praxitheæ filiam occîderunt.* Aristides, in Panathenaico. Λέγεται γὰρ Ἐρεχθεὺς μὲν ἐν τῷ πρὸς Εὔμολπον τούτῳ πολέμῳ, τὴν θυγατέρα ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπιδοῦναι, τοῦ θεοῦ χρήσαντος. *Fertur Erechtheus, isto contra Eumolpum bello, filiam suam pro salute reip. concessisse, deo oraculo jubente.* Libanius, Declam. XIII. Ἐβουλόμαι χρῆσαι τὸν θεὸν,

ἀπολέσθαι Φίλιππον, εἰ Δημοσθένης ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπιδοίη τὴν παῖδα· οὐ γὰρ ἂν ἴδοιτέ με ζητοῦντα τότε φάρμακον, ἀλλὰ τὸν Ἐρεχθέα μιμούμενον. *Vellem deum oraculo respondisse, interiturum esse Philippum, si Demosthenes pro salute reip. filiam suam largiretur: neque enim videretis me venenum tunc quærentem, sed Erechtheum imitantem.* Meminitque iterum postea, Declam. XXIV: uti etiam Plutarchus, in minoribus Parallelis. Nomen autem immolatæ, Demaratus Proserpinam dicit; in citatis ante verbis. Ἐρεχθεὺς, ὁ τῆς Ἀττικῆς βασιλεὺς, πολεμούμενος, χρησμὸν ἔλαβεν, ὅτι νικήσει τοὺς ἐχθροὺς, ἐὰν μὲν τὴν πρεσβυτάτην τῶν θυγατέρων Περσεφόνην θύσῃ. *Erechtheus, Atticæ rex, oraculum accepit, se victorem hostium fore, si Proserpinam, filiarum natu maximam, immolaret.* Hyginus, Otioniam vocat, Fab. XLVI. *Itaque Otionia filia cum esset immolata, cæteræ, fide data, se ipsæ interfecerunt.* Alibi rursum, Colophoniam, Fab. CCXXXVIII. *Erechtheus, Pandionis filius, Colophoniam (occidit) ex fortibus, pro Atheniensibus.* Alii, non unam tantum filiam immolatam dicunt, verum plures. Demosthenes, Orat. Fun. Ἤδεσαν ἅπαντες Ἐρεχθεῖδαι, τὸν ἐπώνυμον αὐτῶν Ἐρεχθέα, ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὐτοῦ παῖδας, ἃς Ὑακινθίδας καλοῦσιν, εἰς πρόῦπτον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι. *Meminerant Erechthidæ omnes, Erechtheum, à quo nomen ferunt, pro salute regionis, filias suas, quas appellant Hyacinthidas, certa morte perituras obtulisse.* Lucianus, in Demosthenis Encomio. Ἐξῆν γὰρ ὀψὲ τῆς ψυχῆς μεθαρμόσασθαι, εἰ μὴ τὰς Ἐρεχθέας θυγατέρας, καὶ τὸν Κόδρον, ἐπαισχυνόμενον. *Liceret animum vel sero mutare, nisi verecundia filiarum Erechthei, & Codri, prohiberet.* Cicero. Orat. pro P. Sextio. *Mortem, quam etiam Virgines Athenis, regis, opinor, Erechthei filiæ, pro patria contempsisse dicuntur, ego vir consularis, tantis rebus gestis, timerem?* Et De Fin. lib. V. *Quis urbis conservatorem Codrum, quis Erech-*

Erechthei filias, non maximè laudat? Meminitque rursum Tusc. Quæst. lib. I; &, De Nat. Deor. lib. III. item Clemens, in Protreptico. Sunt qui tradant, duas sese, natu maximas, immolandas obtulisse. Suidas. Τὰς θυγατέρας Ἐρεχθέως οὕτως ἔλεγον· καὶ ἐτίμησαν ἦ, τὸν ἀριθμὸν ἕξ. ἦν δὲ πρεσβυτάτη μὲν, Πρωτογένεια· δευτέρα δὲ, Πανδώρα· τρίτη, Πρόκρις· τετάρτη, Κρέουσα· πέμπτη, Ὠρείθυια· ἕκτη, Χθονία. τούτων λέγεται Πρωτογένεια, καὶ Πανδώρα, δοῦναι ἑαυτὰς σφαγιῶσαι ὑπὲρ τῆς χώρας. *Erechthei filias sic dicebant, & honorabant, sex numero. Erat enim natu maxima, Protogenia: secunda vero, Pandora: tertia, Procris: quarta, Creusa: quinta, Orithyia: sexta, Chthonia. Ex his fertur, Protogeniam, & Pandoram, se mactandas pro rep. concessisse.* Idem, & iisdem verbis, tradit etiam Apostolius. Cent. XV. Proverb. LXXXIV. Sed ab aliis memoratur; unam quidem ab Erechtheo immolatam: verùm cæteras, ita pactas, una sese immolasse. Apollodorus Ἐρεχθεῖ δὲ, ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης χρωμένῳ, ἔχρησεν ὁ θεὸς, κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ. καὶ, σφάξαντος αὐτοῦ τὴν νεωτάτην, καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν. ἐπεποίηντο γὰρ, ὡς ἔφασάν τινες, συνωμοσίαν ἀλλήλαις συναπολέσθαι. *Erechtheo verò, de victoria Atheniensium sciscitanti, respondit deus ipsum feliciter gesturum bellum, siè filiabus unam immolaret: ac, cum minimam immolasset, etiam reliquæ se mactarunt: quia, ut nonnulli tradunt, inter sese conjurarant, simul morituras esse.* Hyginus, Fab. XLVI. *Erechtheus, Pandionis filius, habuit filias quatuor, quæ inter se conjurarunt, si una earum mortem obiisset, cæteræ se interficerent.* Et postea. *Itaque Otionia filia cum esset immolata, cæteræ, fide data, se ipsæ interfecerunt.* Confundit Historiam; & Erechthei Cecropisque filias inter se miscet, Vlpianus, Commentario in Orat. De falsa leg. Ἔστι μὲν μία τῶν Κέκροπος θυγατέρων Ἄγλαυρος. ἐν δὲ τῷ πε-

 μένει

μένει αὐτῆς, οἱ ἐξιόντες εἰς τοὺς ἐφήβους ἐκ παίδων, μετὰ πανοπλιῶν ὤμνυον, ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου τῆς θρεψαμένης. ἡ δὲ ἱστορία, αὕτη. Ἄγραυλος, καὶ Ἕρση, καὶ Πάνδροσος, θυγατέρες Κέκροπος, ὥς φησιν ὁ Φιλόχορος. λέγουσι δὲ, ὅτι, πολέμου συμβάντος παρ' Ἀθηναίοις, ὅτε Εὔμολπος ἐστράτευσε κατὰ Ἐρεχθέως, καὶ μηκυνομένου τούτου, ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων, ἀπαλλαγήσεσθαι, ἐάν τις ἀνέλη ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως. ἡ τοίνυν Ἄγραυλος, ἑκοῦσα αὐτὴν ἐξέδωκεν εἰς θάνατον. ἔρριψε γὰρ ἑαυτὴν ἐκ τοῦ τείχους. εἶτα, ἀπαλλαγέντες τοῦ πολέμου, ἱερὸν ὑπὲρ τούτου ἐστήσαντο αὐτῇ περὶ τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως. καὶ ἐκεῖσε ὤμνυον οἱ ἔφηβοι, μέλλοντες ἐξιέναι εἰς πόλεμον. *Est una filiarum Cecropis Agraulus. In ejus autem fano, qui excedebant è pueris in adolescentes, armis instructi jurabant, se pro patria pugnaturos usque ad necem. Historia autem ita habet. Agraulus, Herse, & Pandrosus, filiæ fuerunt Cecropis, uti auctor est Philochorus. Cum autem bello peterentur Athenienses, expeditione ab Eumolpo contra* Erechtheum *suscepta, idque bellum diu duraret, respondit Apollo , finem fore malorum, si quis se ipse pro rep. sustulisset. Agraulus itaque, ultro sese neci obtulit, & de muro præcipitavit. Postea, bello liberati, ejus rei causa ædem ipsi exstruxerunt circa vestibula arcis : atque ibi jurabant adolescentes , in bellum exituri.* Locus verò, ubi eæ immolatæ, Hyacinthus: atque ipsæ, inde Hyacinthides dictæ. Suidas, de iis loquens. Ἐσφαγιάσθησαν δὲ ἐν τῷ Ὑακίνθῳ καλουμένῳ πάγῳ, ὑπὲρ τῶν Σφενδονίων· διὸ καὶ οὕτω καλοῦνται, Παρθένοι Ὑακινθίδες. καθάπερ μαρτυρεῖ Φανόδημος, ἐν τῇ πέμπτῃ Ἀτθίδι. *Immolatæ autem fuerunt in pago, Hyacintho appellato, supra Sphendonios; quamobrem etiam sic vocantur, Virgines Hyacinthides : quemadmodum testis est Phanodemus, Historiæ Atticæ libro quinto.* Totidem verbis, hinc transscriptis, Apostolius, loco citato. Sane Hyacinthidas dictas, observare quoq; licet apud Demosthenem, in ci-

in citatis antè verbis. Post mortem verò, per excellentiam honoris ergò Παρθένοι dictæ fuerunt Suidas. Παρθένοι. Τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον. *Virgines. Ita filias Erechthei appellabant* Apostolius, loco citato Παρθένοις ἐξ ἐφάμιλλος. ἐπὶ τῶν εὐψύχων, καὶ σωφρόνων. τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον, καὶ ἐτίμησαν. *Sex virginum æmulus. De magnanimis, & temperantibus. Erechthei filias sic dicebant, honorabantque.* Quæ totidem verbis Hesychius. Cicero, Orat. pro Sexto Roscio. *Mortem etiam* Virgines *Athenis, regis, opinor, Erechthei filiæ, pro patria contempsisse dicuntur.* Quin, sicut Erechtheus pater, in deorum quoque numerum sunt relatæ. Idem Cicero, De Nat. deorum, lib. III. *Ob eam enim ipsam causam Erechtheus Athenis, filiæque ejus, in numero deorum sunt.* Non omnes tamen, sed tres tantum, quæ Ὑάδες appellatæ. Accipio ex Theone, in Aratum. Εὐριπίδης μὲν οὖν ἐν Ἐρεχθεῖ, τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας Ὑάδας φησὶ γενέσθαι, τρεῖς οὔσας. *Euripides quidem, in Erechtheo, Hyadas ait fuisse Erechthei filias, tres existentes.* Fuerint nempe, Protogenia, quæ à patre immolata; & Pandora, Chthoniaque: quæ cum eâ se ex pacto jugularunt. nam tres reliquæ, matrimonio copulatæ: Procris Cephalo, Orithyia Boreæ, Creusa Xutho: ut mox dicam, cap. XIII.

Cap. X.

Postquam filias immolasset, victi ab eo Eleusinii, se suaque cuncta dedunt: præter sacra, Eleusinia appellata, quæ retinuêre sola. Tum & festum institutum, ob auxilium à Xutho Βοηδρόμια *nuncupatum: & mensis* Βοηδρομιὼν *dictus. Ioni verò, summa in rep. potestas data: qui & prisca tribuum antiquarum nomina commutavit, &*

Ioniam quoque à se regionem appellavit. Strabonis errorea in re indicatus. Tribus decem quando factæ, & quis fecerit; tum quæ nomina imposuerit: & Herodotum, ac Pollucem, dissentire hîc, ostensum. Et Clementis item error.

ITaque Erechtheus, cum gessisset morem oraculo, filiamque immolasset pro victoria, etiam victor, Eleusinios huc adegit, ut se dederent, atque sua item omnia, solis sacris Eleusiniis reservatis. Pausanias, Atticis. Γενομένης δὲ Ἐλευσινίοις μάχης πρὸς Ἀθηναίους, ἀπέθανε μὲν Ἐρεχθεὺς, Ἀθηναίων βασιλεὺς, ἀπέθανε δὲ Ἰμμάραδος ὁ Εὐμόλπου· καταλύονται δὲ ἐπὶ τοῖσδε τὸν πόλεμον, ὡς Ἐλευσινίους ἐς τὰ ἄλλα Ἀθηναίων κατηκόους ὄντας, ἰδίᾳ τελεῖν τὴν τελετήν. *Commissa inter Eleusinios & Athenienses pugna, hinc Erechtheus cecidit, rex Atheniensium, inde Immaradus, Eumolpi filius. Arma inde his conditionibus posita, ut Eleusinii se, cæteraque sua omnia, in Atheniensium potestatem traderent, initia ipsi, tanquam propria, retinerent.* Et in memoriam auxilii, à Xutho eo bello lati, festum Athenis institutum, Βοηδρόμια ea ex re appellatum. Suidas. Ἔστι δὲ Βοηδρόμια, ἑορτή τις Ἀθήνησι καλουμένη, καθ᾽ ἣν ἡμέραν ἐβοήθησεν ὁ Ξοῦθος πολλῇ σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος. *Est verò festum Athenis quoddam, Boëdromia appellatum, quo die Xuthus opem tulit oppugnatis summo studio ab Eumolpo Neptuni filio Atheniensibus.* Quæ totidem verbis Etymologici quoque Auctor. Harpocration. Βοηδρόμια ἑορτή τις, οὕτω καλουμένη. ἥν φησι Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ νενομίσθαι, ἐπειδὴ Ἴων ὁ Ξούθου ἐβοήθησε σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ βασιλέως, Ἐρεχθέως βασιλεύοντος. *Boëdromia; festum quoddam, sic vocatum. quod Philochorus libro secundo institutum esse ait, postquam Xuthi filius*

filius Ion opem Atheniensibus tulit, bello ab Eumolpo rege infestatis, regnante Erechtheo. Neq́ue festum id duntaxat institutum, sed Apollo quoque dictus Βοηδρόμιος, & Βοηδρομιὼν mensis. Etymologici Auctor Βοηδρομιὼν, μὴν παρὰ Ἀθηναίοις, ὅτι ἐν αὐτῷ ἑόρταζε Βοηδρόμιος Ἀπόλλων. τὴν δὲ ἀρχὴν ἔλαβεν, ὅτι, πολέμου συστάντος Ἀθηναίοις καὶ Ἐλευσινίοις, συμμαχήσαντος Ἴωνος κατὰ συγγένειαν, ἐνίκησαν οἱ Ἀθηναῖοι. *Boëdromion, mensis apud Athenienses; quod eo coleretur Apollo, cognomento Boëdromius. initium verò inde sumpsit; quod exorto inter Athenienses & Eleusinios bello, opem ferente Ione, uti erat consanguineus, vicerint Athenienses.* Aristides huc respexit, in Eleusinia. Βοηδρομιὼν δὲ ἄτος ἑτέρας τανῦν δεῖται βοῆς, οὐχ οἵας, ὅτε Ἴων Ἀθήναζε ἐβοήθησεν. *Boëdromion autem hic alia nunc voce indiget, quam cum qua Athenas olim Ion venit, auxilium ferens.* Ioni verò, ob navatam adeo præclaram operam, hunc honorem habuere, ut potentiam sanè maximam in rep. concederent. Strabo, lib. VIII. Ἴων δὲ, τοὺς μετ' Εὐμόλπου νικήσας Θρᾷκας, οὕτως ηὐδοκίμησεν, ὥστ' ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὴν πολιτείαν Ἀθηναῖοι. *Ion verò, devictis qui cum Eumolpo erant Thracibus, tanta in existimatione fuit, ut rempub. ei suam committerent Athenienses.* Vitruvius, l. IV. cap. I. *Athenienses summam Imperii partem Ioni, Xut hi & Creusæ filio, dederunt.* Conon ait, etiam regnum tenuisse, defuncto Erechtheo, avo materno, Narrat. XXVII. Ἴων δὲ, θανόντος (τοῦ Ἐρεχθέως,) τοῦ μητροπάτορος, διά τε τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν ἄλλην ἀξίωσιν, αἱρεθεὶς βασιλεύει Ἀθηναίων. *Ion verò, mortuo (Erechtheo,) avo materno, cum ob virtutem, tum ob cæteram dignitatem, electus, regnum Atheniensium tenuit.* Et Euripides, in Tragœdia Ione, Xuthum patrem introducit, ita eum alloquentem.

Ἐς τὰς Ἀθήνας στεῖχε κοινόφρων πατρὶ,
Οὗ σ' ὄλβιον μὲν σκῆπτρον ἀναμενεῖ πατρὸς,
Πολὺς δὲ πλοῦτος. ———

Athenas ito unanimis cum patre,
Vbi te beatum quidem ſceptrum exſpectat patris,
Multaque opes. ———

Verum, regnum minime tenuit; ſed auctoritatem tantam in rep. eſt adeptus, ut regnare videretur. Certè Erechtheo ſucceſſit Cecrops filius, ut mox dicam; idque opera etiam Xuthi, Ionis patris, cum contenderent cum eo fratres alii: uti teſtis eſt Pauſanias, in Achaicorum initio. Sed, Athenas dum cum ſumma poteſtate adminiſtrat, eas quatuor in tribus, atque vitas, diſpertitur. Strabo, lib. VIII. ὁ δὲ (Ἴων) πρῶτον μὲν εἰς τέσσαρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος, εἶτα εἰς τέσσαρας βίους. τοὺς μὲν γὰρ, Γεωργοὺς ἀπέδειξε· τοὺς δὲ, Δημιουργούς· τοὺς δὲ, Ἱεροποιοὺς· τετάρτους δὲ, τοὺς Φύλακας. *Atque ille (Ion) primum quidem, in quatuor tribus multitudinem diſtribuit; inde in totidem vitæ genera: nimirum in Agricolas, Opifices, Sacerdotes, ac Cuſtodes.* Quod ipſum etiam Conon tradit, locò citato; & Herodotus, lib. VIII: item Heraclides, in Excerptis De Rebuſp. aliique etiam plures. Vitruvius, tredecim eum colonias in Aſiam deduxiſſe ait, lib. IV. cap. I. *Athenienſes, ex reſponſis Apollinis Delphici, communi conſilio totius Hellados, tredecim colonias uno tempore in Aſiam deduxerunt; ducemque in ſingulis coloniis conſtituerunt: & ſummam imperii partem Ioni, Xuthi & Creuſæ filio, dederunt.* Et Velleius, lib. I. *Iones, duce Ione profecti Athenis, nobiliſſimam partem regionis maritimæ occupavere.* Quod tamen Neleo, Codri filio, factum tradunt, Strabo lib. XIV; Ælianus, Var. Hiſt. lib. VIII. cap. V. Herodotus, lib. IX. Ammianus. l. XXII. & XXVIII. Harpocration, in Ἐρυθρά:

Tertul-

Tertullianus, De Pallio: aliique. Sed, quod ait Strabo, primum eum civitatem in quatuor tribus divisisse, certe hîc hallucinatur; nam id primus Cecrops fecit: inde nomina iis sua Cranaus, & Erichthonius, atque Ion iste noster, de quo agimus, commutarunt. Totam rem exponit Pollux, istis verbis, lib. VIII. cap. IX. sect. XXXI. Καὶ αἱ Φυλαὶ, τέως μὲν ἐπὶ Κέκροπος, ἦσαν τέσσαρες. Κεκροπὶς, Αὐτόχθων, Ἀκταία, Παραλία. ἐπὶ δὲ Κραναοῦ μετωνομάσθησαν, Κραναῒς, Ἀτθὶς, Μεσόγαια, Διακρίς. ἐπὶ δὲ Ἐριχθονίου, Διὰς, Ἀθηναῒς, Ποσειδωνιὰς, Ἡφαιστιάς. ἀπὸ δὲ Ἴωνος παίδων, ἐπὶ Ἐρεχθέως, Τελέοντες, Ὁπλῖται, Αἰγικόρεις Ἐργάδεις. *Ac tribus, antea quidem sub Cecrope, erant quatuor; Cecropis, Indigena, Actæa, Maritima: sub Cranao verò, mutato nomine, appellatæ, Cranais, Atthis, Mediterranea, Montana: sub Erichthonio, Iovia, Minervia, Neptunia, Vulcania: sub Erechtheo, ab Ionis filiis, Teleontes, Hoplitæ, Ægicores, Ergades.* Ergo constat, non instituisse tribus, sed mutasse tantum nomina: quod duobus ante ipsum regibus factitatum noverat. Ac mansere ea nomina, usque ad Alcmæonis tempora; sub quo tribus etiam auctæ, ac pro quatuor factæ decem: & vocatæ à priscis regibus, sive heroibus, Erechtheis, Cecropis, Ægeis, Pandionis, Acamantis, Antiochis, Leontis, Oeneis, Hippothoontis, & Æantis. Subiungit Pollux, in citato antè loco Ἐπὶ δὲ Ἀλκμαίωνος, δέκα ἐγένοντο, ἐκ πολλῶν ὀνομάτων, ἐρομένου τοῦ Πυθίου, Ἐρεχθηῒς, Κεκροπὶς, Αἰγηῒς, Πανδιονὶς, Ἀκαμαντὶς, Ἀντιοχὶς, Λεοντὶς, Οἰνηῒς, Ἱπποθοωντὶς, Αἰαντίς. *Sub Alcmæone vero, decem factæ sunt, multisque nominibus appellatæ, consulto Pythio, Erechtheis, Cecropis, Ægeïs, Pandionis, Acamantis, Antiochis, Leontis, Oeneïs, Hippothoontis, Æantis.* Fuit autem hic Alcmæon regum ultimus, ac incepit regnum suum Olymp. III. anno III. Herodotus vero, id à Clisthene

factum ait, post ejectos Pisistratidas, cum Isagora de rep. contendente. Verba ejus ecce ista, lib. v. Ἀθῆναι, ἐοῦσαι καὶ πρὶν μεγάλαι, τότε, ἀπαλλαχθεῖσαι τυράννων, ἐγένοντο μέζονες. ἐν δὲ αὐτῇσι δύο ἄνδρες ἐδυνάστευον, Κλεισθένης τε, ἀνὴρ Ἀλκμαιωνίδες, ὅσπερ δὴ λόγον ἔχει τὴν Πυθίην ἀναπεῖσαι· καὶ Ἰσαγόρης ὁ Τισάνδρου, οἰκίης μὲν ἐὼν δοκίμου, ἀτὰρ τὰ ἀνέκαθεν οὐκ ἔχω φράσαι. θύουσι δὲ οἱ συγγενέες αὐτοῦ Διῒ Καρίῳ. οὗτοι οἱ ἄνδρες ἐστασίασαν περὶ δυνάμιος. ἑσσούμενος δὲ ὁ Κλεισθένης, τὸν δῆμον προσεταιρίζεται. μετὰ δὲ, τετραφύλους ἐόντας Ἀθηναίους, δεκαφύλους ἐποίησε, τῶν Ἴωνος παίδων, Τελέοντος, καὶ Αἰγικόρεος, καὶ Ἐργάδεως, καὶ Ὅπλητος, ἀπαλλάξας τὰς ἐπωνυμίας. ἐπιχωρίων δ' ἑτέρων ἡρώων ἐπωνυμίας ἐξευρὼν, παρὲξ Αἴαντος. τοῦτον δὲ, ἅτε ἀστυγείτονα, καὶ σύμμαχον, ξεῖνον ἐόντα, προσέθηκε. *Athenæ, antea quidem magnæ, tunc, tyrannis liberatæ, majores erant. In illis verò duo viri potestate excellebant; Clisthenes, vir Alcmæonides, qui Pythiæ persuasisse dicitur; & Isagoras, Tisandri filius, illustri quidem familia, sed quam vetere, equidem non facilè dixerim: tamen Iovi Cario cognati ejus sacra faciunt. Hi duo viri, concitata factione, de primatu contendebant. ac Clisthenes, quum vinceretur, populum adsciscit socium; &, divisum in tribus quatuor, mox in decem dispertitur: cognominibus filiorum Ionis, Teleontis, Ægicoris, Ergadis, Hopletis, commutatis; ac impositis heroum aliorum indigenarum, præterquam Aiacis: quem, velut finitimum, & socium, quanquam peregrinum, addidit.* Atque ab Alcmæonis regis anno ultimo, qui in tertium Olympiadis septimæ incidit, ac ejectos Pisistratidas, quod evenit Olympiadis sexagesimæ & sextæ anno quarto, anni sunt ducenti quadraginta novem. Itaque dissensum vides, quem non facile est componere. Non ignoro quidem Alcmæonem, Pisistratidis adversum,

ſum, hujus Cliſthenis propinquum, cujus meminit & Herodotus, lib. I: & Plutarchus, in Solone. Sed Polluci id apparet inſtitutum, reges hic commemorare, qui cùm tribus conſtituerint, tum ſubinde nomina quoque illis ſua commutaverint. Herodoti de Cliſthene locum, reſpexit Pauſanias in Atticis. Ὅστις δὲ ἀντικαταστήσατο δέκα ἀντὶ τεσσάρων φυλὰς εἶναι, καὶ μετέθετο σφίσι τὰ ὀνόματα ἀντὶ τῶν ἀρχαίων, Ἡροδότῳ ταῦτά ἐστιν εἰρημένα. *Quis vero pro quatuor tribubus fecerit decem, nominaque pro antiquis alia item impoſuerit, ab Herodoto memoratur.* Tribuum vero antiquarum, quatuor duntaxat numero, nominumque impoſitorum ab Jone, de nominibus filiorum, meminere cùm Plutarchus, in Solone; tum & Stephanus, in Αἰγικόρεως. Errat Clemens, qui Ionem adveniſſe Athenas dicit, rege Cecrope II: Erechthei hujus filio, & ſucceſſore. Verba ejus eſſe iſta, Strom. I. κατὰ δὲ Ἀκρίσιον, Πέλοπος ἀπὸ Φρυγίας διάβασις, καὶ Ἴωνος εἰς Ἀθήνας ἄφιξις, καὶ ὁ δεύτερος Κέκροψ. *Tempore autem Acriſii, Pelopis ex Phrygia tranſitus, & Ionis Athenas adventus, & Cecrops ſecundus.*

Cap. XI.

Sub eo cives Athenarum Ἀθηναῖοι *dici cœpti: & bos primum immolatus, idq. e Iovi Polieo. Phorbas ab eo interfectus: cui exſtructum Phorbantéum. Haſtam fixit in ſepulcro interfecti: unde poſtea uſitatum, in funeribus occiſorum uti haſtam unà efferrent, quam defigerent ad ſepulcrum.*

Atque ut ſub eo tribubus, ita Vrbis quoque civibus nomina ſunt commutata: &, qui tunc à Cecrope

ufque Κεκροπίδαι vocabantur, Ἀθηναῖοι dici cæpti. Herodotus, lib. VIII. Ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος (οἱ Ἀθηναῖοι) ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι· ἐκδεξαμένου δὲ Ἐρεχθῆος τὴν ἀρχὴν, Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν. *Sub rege vero Cecrope (Athenienſes) cognominati ſunt Cecropidæ: Erechtheo autem regnum adepto, mutato nomine Athenienſes nuncupati.* Hoc ipſum eſt, quod dicit Marcianus Heracleota, in ſua Periegeſi.

Ἑξῆς Ἀθήνας φασὶν οἰκήτορας λαβεῖν,
Τὸ μὲν Πελασγοὺς πρῶτον, οὓς δὴ καὶ λόγος
Κραναοὺς καλεῖσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα κεκροπίδας,
Κέκροπος δυναστεύσαντος. ὑστέροισι δὲ
Χρόνοις, Ἐρεχθέως τῆς πόλεως ἡγουμένου,
Ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν προσηγορίαν λαβεῖν.
Hinc Athenas ajunt habitatores accepiſſe,
Initio quidem Pelaſgos, quos & ferunt
Cranaos vocatos; poſteà verò Cecropidas,
Cecrope rerum potito: poſterioribus autem
Temporibus, ſub Erechtheo Vrbis principe,
A Minerva appellationem accepiſſe.

Euſtathius, ad Dionyſium. Οἱ Ἀθηναῖοι, Κραναοὶ καλούμενοι, ὅμως ἐπὶ Πελασγῶν, ἐχόντων τὴν Ἑλλάδα Πελασγοὶ ὠνομάζοντο· ἐπὶ δὲ κέκροπος, ἐκλήθησαν Κεκροπίδαι. τὴν δὲ ἀρχὴν Ἐρεχθέως ἐκδεξαμένου, Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν. *Athenienſes, cum appellarentur Cranai, tamen, Pelaſgis Græciam tenentibus, nominati ſunt Pelaſgi; ſub Cecrope verò, Cecropidæ dicti: ac, Erechtheo principatum conſequuto, mutato nomine Athenienſes ſunt vocati.* Bos quoque ſub eo primum immolari cæptus fuit; idque Iovi Polieo. Pauſanias, in Atticis Ἀθηναίων βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, τότε πρῶτον βοῦν ἔκτεινεν ὁ βουφόνος, ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Πολιέως Διός. *Regnante apud Athenienſes Erechtheo, primum occîdit bovem ſacerdos, quem Bucidam appellabant, ad arcam Iovis Poliei.* Ab eo

quoque

quoque Phorbas cæsus, rex Curetum, memoratur: cujus rei in memoriam Phorbantéum, quod vocabant, structum fuit. Harpocration. Τὸ Ἀθήνησι Φορβάντειον ὠνομάσθη ἀπὸ Φόρβαντος, βασιλεύσαντος Κουρήτων, καὶ ὑπὸ Ἐρεχθέως ἀναιρεθέντος. *Quod Athenis Phorbanteum est, de Phorbante appellatum, rege Curetum, ab Erechtheo interfecto* Totidem verbis etiam Suidas. Videndus quoque Etymologici Auctor, in Φορβάντειον. Porrò, quodam interfecto, defixisse in monumento hastam dicitur: atque hinc deinceps usitatum Athenis, in funeribus occisorum hastam efferre, indicium cædis, & ad monumentum affari. Suidas. Ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προσαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι· ἐπὶ τοῦ βιαίως ἀποθανόντος τοῦτο πράττεται. καὶ Ἴστρος, ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν Ἀτθίδων, φησί. τινὲς ἐπὶ τοῦ τάφου δόρυ φασὶ καταπεπηγέναι τὸν Ἐρεχθέα, τὸ πάθος σημαίνοντα. διὸ τὸν νόμον εἶναι τοῖς προσήκουσι, τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τοὺς φονέας. *In funeris elatione hastam afferre, & ad monumentum alloqui. hoc fit, cum quis violenta morte periit. Et Ister, in Collectaneis rerum Atticarum, ait: Quidam dicunt, Erechtheum in sepulcro hastam defixisse, cædem factam ut indicaret. quapropter legem esse consanguineis, ut hoc modo interfectores persequantur.* Quæ totidem verbis repræsentant, Harpocration, & Etymologici Auctor. Estque morem hunc videre apud Demosthenem, de muliere interfecta jureconsultos percunctantem, in Orat. in Evergum, & Mnesibulum. Ἀκούσαντες δέ μου οἱ ἐξηγηταὶ ταῦτα, ἤροντό με, πότερον ἐξηγήσωνταί μοι μόνον, ἢ καὶ συμβουλεύσωσιν; ἀποκρινομένου δέ μου αὐτοῖς, ἀμφότερα· εἶπόν μοι, ὅτι ἡμεῖς τοίνυν σοι τὰ μὲν νόμιμα ἐξηγησόμεθα, τὰ δὲ σύμφορα παραινέσομεν. πρῶτον μὲν ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προσαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι, εἴτις προσήκων ἐστὶ τῆς ἀνθρώπου. *His auditis jureconsulti, me interrogarunt; utrumne mihi de jure*

tantum responderi, an etiam consilium dari vellem? ac me respondente utrumque: proinde tibi, inquiunt, & de jure respondebimus, & utilia consulemus. Primum, ut in efferendo funere hastam adhibeas, & proclames ad sepulcrum, an quis ei sit cognatus.

CAP. XII.

Ejus mors. Quoto regni anno obierit: & quo modo. Auctorum dissidium. Ejus laudes: & honores. In deos relatus: fanum, & sacerdotem, habuit. Etiam ab Epidauriis quotannis cultus, qua de causa. Ara Neptuni in templo: in quo illi sacra facta. Draco quoque unus, aut duo, in eodem, Minervæ custodes: quibus oblata placenta è melle. Neptunus etiam cognomento Erechtheus dictus. Statua etiam illi Delphis dedicata: populusque quidam Atticæ, ab ejus nomine, Ἐρεχθεὰ appellatus; uti tribus Ἐρεχθηΐς: quique in ea populi fuerint.

DIem obiit, anno regni quinquagesimo. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἕκτος Ἐρεχθεὺς ἔτη πεντήκοντα. Hieronymus. *Atheniensibus regnavit sextus Erechtheus annis quinquaginta.* Consentiunt, Marianus Scotus, & Vincẽtius Bellovacensis. De morte ejus, est dissidium quoddam Auctorum. Pausanias, in Atticis, dicit; cecidisse in prælio cum Eleusiniis. Γενομένης δὲ Ἐλευσινίοις μάχης πρὸς Ἀθηναίους, ἀπέθανε μὲν Ἐρεχθεὺς, Ἀθηναίων βασιλεύς. *Commisso autem ab Eleusiniis prælio cum Atheniensibus, rex Atheniensium Erechtheus cecidit.* Hyginus, fulmine à Jove ictum, Neptuni rogatu, tradit, Fab. XLVI. *Eumolpus, Neptuni filius, Athenas venit oppugnaturus, quod patris sui terram Atticam fuisse diceret. Is, victus cum exercitu, cum*

esset

esset ab Atheniensibus interfectus, Neptunus, ne filii sui morte Erechteus lætaretur, expostulavit, ut ejus filia Neptuno immolaretur. Itaque Otionia filia cum esset immolata, cæteræ, fide data, se ipsæ interfecerunt: ipse Erechtheus, Neptuni rogatu, fulmine est ictus. Alii, à terra hiante absorptum volunt: alii, à Neptuno percussum. Vtrumque indicat Euripides, in Ione: ubi roganti Ioni,

Πατέρα δ' ἀληθῶς χάσμα σὸν κρύπτει χθονός?
Patrem vero tuum verene occultat hiatus terræ?

Sic respondet Creusa, Erechthei filia:

Πληγαὶ τριαίνης ποντίου σφ' ἀπώλεσαν.
Ictus tridentis marini ipsum perdiderunt.

Certe Erechtheum à Neptuno, in vindictam filii Eumolpi, interfectum, atque adeo domum ejus eversam esse, tradit quoque Apollodorus. Γενομένης δὲ μετὰ σφαγὴν τῆς μάχης, Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον· Ποσειδῶνος δὲ καὶ τὸν Ἐρεχθέα, καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλύσαντος, Κέκροψ, πρεσβύτατος τῶν Ἐρεχθέως παίδων, ἐβασίλευσεν. *Commisso verò post immolationem prælio, Erechtheus quidem Eumolpum occidit: sed & ipse à Neptuno, atque ejus item domus, cùm eversa esset, Cecrops, filiorum Erechthei maximus, regnum accepit.* Elogium ei dat Ovidius, Metamorph. lib. VI.

Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erechtheus:
Iustitiâ dubium, validisne potentior armis.

Quin existimatio ejus tanta fuit, ut exstinctum mox referrent inter deos. Cicero, de Nat. Deor. lib. III. *Atque in plerisque civitatibus intelligi potest, augendæ virtutis gratiâ, quo libentius reipub. causa periculum adiret optimus quisque, virorum fortium memoriam honore deorũ immortalium consecratam. ob eam enim ipsam causam Erechtheus Athenis, filiæque ejus, in numero deorum sunt.* Aristides, in Panathenaica. Ἀλλὰ καὶ τούτους ταῖς εὐεργεσίαις

νενικη-

νενικηκυῖα (ἡ πόλις) φανήσεται· Κόδρῳ μὲν, δοῦσα τὴν ἀρχὴν εἰς τοὺς παῖδας. Ἐρεχθέα δὲ, τοῖς ἐν ἀκροπόλει θεοῖς πάρεδρον ἀποδεῖξασα. *Sed hos quoque beneficentia superasse (Vrbem) apparebit; quæ Codro quidem, principatum, in liberos transferendum, dedit: Erechtheum autem, inter deos, qui in arce, assessorem collocavit.* Ac templum, & sacerdotem, habuit. Cicero, libro citato. *Sed, si sunt hi dii, est certè Erechtheus: cujus Athenis & delubrum vidimus, & sacerdotem.* Meminitque sacerdotis etiam Scholiastes Comici; qui ait, eum in festo Scira albam umbellam gestasse: ad Concion. Ἐν ᾗ (ἑορτῇ) ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἐρεχθέως φέρει σκιάδιον λευκόν. *In quo (festo) sacerdos Erechthei albam umbellam gestat.* Templum, Ἐρέχθειον appellabant: ejusque mentio apud plures. Plutarchus, in Lycurgi rhetoris Vitâ. Καί ἐστιν αὕτη ἡ καταγωγὴ τοῦ γένους τῶν ἱερασαμένων τοῦ Ποσειδῶνος ἐν πίνακι τελείῳ, ὃς ἀνάκειται ἐν τῷ Ἐρεχθείῳ. *Estque hæc deductio generis eorum, qui Neptuni sacerdotio functi, in tabula insigni, quæ est in Erechtheo.* Erat autem in arce Vrbis. Pausanias, in Atticis, ubi de arce. Ἔστι δὲ καὶ οἴκημα, Ἐρέχθειον καλούμενον. *Est verò etiam ædes, quam appellant Erechthéum.* Herodotus, lib. VIII. Ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθέως, τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι, νηός. *Est in arce Erechthei, qui terrigena esse fertur, templum.* Et aræ illic tres erectæ; una Neptuni, in qua Erechtheo sacra facta: altera, Butæ herois, Erechthei fratris: tertia, Vulcani. Pausanias, in citatis Atticis. Ἐσελθοῦσι δὲ (τὸ Ἐρέχθειον) τρεῖς εἰσὶ βωμοί. Ποσειδῶνος, ἐφ' ᾧ καὶ Ἐρεχθεῖ θύουσιν, ἐκ τοῦ μαντεύματος· καὶ ἥρωος Βούτου· τρίτος δὲ, Ἡφαίστου. *In ipso (Erechthei) introitu, aræ sunt; Neptuni una, in qua etiam Erechtheo sacra faciunt, ex oraculo: altera, herois Butæ: tertia verò, Vulcani.* Eratque hîc Minervæ Vrbanæ custos draco unus; vel, ut alii, duo: quibus placentam è melle offerebant. Hesychius docet.

docet. Οἰκουρὸν ὄφιν. τὸν τῆς Πολιάδος (Ἀθηνᾶς) φύλακα δράκοντα. καὶ οἱ μὲν, ἕνα φασίν. οἱ δὲ, δύο, ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἐρεχθέως. τοῦτον δὲ φύλακα τῆς ἀκροπόλεως φασὶν, ᾧ καὶ μελιτοῦτταν παρατίθεσθαι. *Ædis custodem serpentem. Vrbanæ (Minervæ) custodē draconem. & hi quidem, unum dicunt: alii verò, duos, in æde Erechthei. atq; hunc custodem arcis esse dicunt: ac placentam è melle ei offerri.* Et, cum Epidaurii peterent, ut liceret oleam incîdere, ea lege permiserunt, ut quotannis ipsi, ac Minervæ Vrbanæ, sacra afferrēt. Herodotus, l. v. Ἐδέοντο ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίων, ἐλαίην σφι δοῦναι ταμέσθαι· οἱ δὲ, ἐπὶ τοῖσδε δώσειν ἔφασαν, ἐπ' ᾧ ἀπάξουσιν ἔτεος ἑκάστου τῇ Ἀθηναίῃ τε τῇ Πολιάδι ἱρὰ, καὶ τῷ Ἐρεχθέϊ. *Rogabant igitur Epidaurii Athenienses, ut sibi permitterent oleam incîdere: illi verò, se dixerunt concessuros, ea lege, ut quotannis ipsi sacra afferrent Minervæ Vrbanæ, & Erechtheo.* Quin Neptunus quoque Erechthei cognomento appellatus. Hesychius. Ἐρεχθεὺς, Ποσειδῶν, ἐν Ἀθήναις. *Erechtheus, Neptunus, Athenis.* Athenagoras, in Leg. pro Christ. Ὁ δὲ Ἀθηναῖος, Ἐρεχθεῖ Ποσειδῶνι θύει. *Atheniensis verò, Neptuno Erechtheo sacra facit.* Plutarchus in Vita Lycurgi rhetoris, jam citata. Τούτου δὲ, καὶ Τιμοθέας τῆς Γλαύκου, παῖδες, Λαοδάμεια, καὶ Μήδειος. ὃς τὴν ἱερωσύνην Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως εἶχε. *Hujus autem, & Timotheæ Glauci filiæ, liberi erant; Laomedéa, & Medéus: qui Neptuni Erechthei sacerdotio fungebatur.* Et mox: Διετάξατο δὲ τὴν ἱερωσύνην τοῦ Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως. *Ordinavit vero sacerdotium Neptuni Erechthei.* Hinc apud Lycophronem Ἐρεχθεὺς simpliciter pro Neptuno ponitur.

Ἔστειλ' Ἐρεχθεὺς εἰς Λαιτριναίους γύας.

Misit Erechtheus in Lætrinæos agros.

Vbi rectè explicat Isacius Tzetzes. Ἐρεχθεὺς, ὁ Ποσειδῶν. *Erechtheus, Neptunus.* Statua quoque, etsi multo post id

tempus, consecrata Delphis fuit, inter cæteros heroas: ut videre est apud Pausaniam, in Phocicis. Populus quoque quidam Atticæ, ab ejus nomine, Ἐρεχθεὰ appellatus. Stephanus Ἐρεχθεά, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Ἐρεχθέως. *Erechthéa, populus Atticæ, tribus Ægeïdis, ab Erechtheo.* Tum &, quando tribus decem ex quatuor factæ, ut supra dixi, una illarum Ἐρεχθηΐς, *Erechthéïs*, nuncupata. Meminit Antiphon, Orat. XVI. Καὶ ἔλαχον Πανταλέα διδάσκαλον, καὶ Κεκροπίδα φυλὴν πρὸς τῇ ἐμαυτοῦ, τουτέστι τῇ Ἐρεχθηΐδι. *Ac sorte nactus sum doctorem Pantaclem, & tribum Cecropidem, præter meam, nempe Erechtheïdem.* Et mox iterum occurrit. Erantque in illa populi isti; Ἀγραυλή, Ἀναγυροῦς, Εὐωνυμία, Θημακοί, Κηφησία Λαμπτρα utraque, Παμβωτάδαι, Περγασή, Συβρίδαι, & Φηγοῦς: ut ostendo suis locis, libro De Populis Atticæ.

CAP. XIII.

Uxor ejus, Praxithea. Demarati locus, apud Stobæum, emendatus. Ea autem, Cephisi filia: sive, neptis. Liberi, plures. Cecrops, regni hæres: Orneus, à quo Orneæ dictæ. Eustathius correctus. Pandorus, qui Eubœam condidit. Metion, cujus uxor, Iphinoe; filius, Dædalus: à quo populus Athenis, Δαιδαλίδαι. Pherecydis fragmentum emendatur, apud Scholiasten Sophoclis. Alii, Alcippen illi uxorem scribunt: & ex ea Eupalamum filium, Dædali patrem. Alcon, Phaleri pater. Thespius denique. Filiæ, sex; aut plures etiam: quarum duæ, natæ maximæ, immolatæ: in earumque nominibus variari apud Auctores, indicatum. Hygini locus restitutus. Procris, Cephalo nupta. Callimachi Scholiastes correctus, & Euripidis. Etymologici Auctoris error. A Cephalo tentata, ac deprensa, recipit se ad Minoëm: quem ad li-

ad liberos procreandos cum idoneum reddidisset, ab eodem cane, & jaculo, donatur. Antoninus Liberalis restituitur. Antiquorum de eadem error clare demonstratus: tum Pandionis II, non Erechthei, eam filiam fuisse, indicatum. Palæphati locus emendatus. Creusa, prius ab Apolline compressa, idque ubi; Ionem parit, quem Apollo postea Xutho adoptandum, veluti suum, persuadet: deinde ea Xutho nubit, post navatam in bello contra Chalcidenses claram operam: qui Tetrapolin Atticæ condit, quam Hytteniam vocavit. Orithyja, à Borea rapta. Iamblichi locus restitutus. Cleopatra, Phinei uxor. Merope, Dædali mater.

VXor illi Praxithea fuit. Plutarchus, in Parallelis: Ἐρεχθεὺς, πρὸς Εὔμολπον πολεμῶν, ἔμαθε νικῆσαι, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ. καὶ, συγκοινωνήσας τῇ γαμετῇ Πραξιθέᾳ, προέθυσε τὴν παῖδα. *Erechtheus, bellum cum Eumolpo gerens, se victorem fore didicit, si filiam prius immolaret: &, negotio cum Praxithea uxore communicato, filiam præimmolavit.* Porphyrius, De Abst. lib. II. Παρίημι Θρᾷκας, καὶ Σκύθας. καὶ, ὡς Ἀθηναῖοι τὴν Ἐρεχθέως, καὶ Πραξιθέας, ἀνεῖλον. *Prætermitto Thracas, & Scythas: &, quemadmodum Athenienses Erechthei, at Praxitheæ, filiam occiderunt.* Itaque emendandus est Demaratus, τῶν Τραγῳδουμένων lib. III. in Fragmēto, quod exstat apud Stobæum, Serm. XXXVIII. Ἐρεχθεὺς, ὁ τῆς Ἀττικῆς προϊστάμενος, χρησμὸν ἔλαβεν, ὅτι νικήσει τοὺς ἐχθροὺς, ἐὰν μὲν τὴν πρεσβυτάτην τῶν θυγατέρων Περσεφόνην θύσῃ. παραγενόμενος δὲ εἰς Ἀθήνας, Πραξιθέᾳ τῇ γυναικὶ τὴν Πυθόχρηστον μαντείαν ἀπήγγειλεν. *Erechtheus, rex Atticæ, oraculum accepit, se profligaturum hostem, si Proserpinam, filiarum natu maximam, immolaret. Reversus igitur Athenas, Pythicum oraculum istud Praxitheæ uxori exponit.* Non rectè hactenus vulgatur; Θρασυθέᾳ τῇ γυναικί. *Trasytheæ uxori.*

uxori. Nec aliter nominat Ioannes Tzetzes, Chil. I. cap. IV. & Chil. V. cap. XIX. Erat autē hæc Praxithea Cephisi filia. Lycurgus, Orat. in Leocratem. Τυχεῖν δὲ καὶ ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα, γυναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν, τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα. *Ac secundum illa tempora fuisse regem Erechtheum, qui uxorem habebat Praxitheam, Cephisi filiam.* Apollodorus tradit, Cephisi ex filia Diogeneâ neptem fuisse. Γήμας δὲ Ἐρεχθεὺς Πραξιθέαν, τὴν Φρασίμου, καὶ Διογενείας, τοῦ Κεφισοῦ. *Erechtheus vero, ducta uxore Praxithea, Phrasimi filia, & Diogeneæ, Cephisi filiæ.* Ex hac liberos plures sustulit. Apollodorus, septem enumerat: filios tres, & filias quatuor. Γήμας δὲ Ἐρεχθεὺς Πραξιθέαν τὴν Φρασίμου, καὶ Διογενείας, τοῦ Κηφισοῦ, ἔσχε παῖδας, Κέκροπα Πάνδωρον, Μητίονα· θυγατέρας δὲ, Πρόκριν, Κρέουσαν, Χθονίαν, Ὠρείθυιαν. *Erechtheus vero, ducta uxore Praxithea, Phrasimi filia, & Diogeneæ, Cephisi filiæ, sustulit ex ea filios, Cecropem, Pandorum, Metionem: filias autē, Procrin, Creusam, Chthoniam, & Orithyiam.* Ovidius, octo liberos tribuit: quatuor utriusque sexus. Ecce enim ita ait, Metamorph. lib. VI.

Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erechtheus:
Iustitia dubium, validisne potentior armis.
Quatuor ille quidem juvenes, totidemque creârat
Fœmineæ sortis. ———

Certè quatuor quoque filii commemorantur ab Eustathio, ad Iliad β'. Ἐρεχθέως, υἱοῦ Πανδίονος, γίνεται Κέκροψ, Ἀρνεὺς, Πάνδωρος, Μητίων. *Erechtheo, Pandionis filio, nascuntur Cecrops, Arneus, Pandorus, Metion.* Ex his Cecrops, regnum post parentem tenuit: uti postea sum dicturus. Sed pro Ἀρνεὺς in Eustathio, scribe Ὀρνεὺς: nam sic ille dicebatur, & ab ipso Orneæ quoque appellatæ. Pausanias, in Corinthiacis. Ἐκαλοῦντο δὲ, (Ὀρνεαὶ,) ἀπὸ Ὀρνέως, τοῦ

τοῦ Ἐρεχθέως. *Dicebantur vero Orneæ, ab Orneo Erechthei filio.* Meminitq; ejus iterũ, in Phocicis Οἱ ᾗ ἐνταῦθα φασὶν ἐ Φωκεῖς, Ἀθηναῖοι ᾗ εἶναι τὰ ἄνωθεν· ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὁμοῦ Πετεῷ τοῦ Ὀρνέως ἀφικέσθαι, διωχθέντι ὑπὸ Αἰγέως ἐξ Ἀθηνῶν. *Qui hic incolunt, non Phocenses sese volunt, sed a prima origine Athenienses: & ex Attica advenisse cum Peteo, Ornei filio, ab Ægeo Athenis ejecto.* Itaque in Eustathio mox rursum scribe: Ὧν Ὀρνέως μὲν Πετεώς. *Ex quibus Ornei quidem filius fuit Peteus.* Malè etiam ibi est Ἀρνέως, *Arnei*. Mentio quoque ejus occurrit apud Plutarchum, in Vita Thesei. Pandorus, Eubæam condidisse fertur: filiosque habuisse, Alconem, & Diantem. Eustathius, loco citato. Πάνδωρος ᾗ, Εὔβοιαν οἰκίζει. ὧ Ἄλκων, καὶ Δίας. *Pandorus vero, Eubœam condit: cujus filii, Alcon, & Dias.* Quanquam Alconem Erechthei ipsius filium quidam tradunt, ut mox dicam. Quod Eubœam à Pandoro conditam attinet, ejus urbem Chalcidem ab eo conditam, refert quoque Marcianus, in Periegesi sua.

——— ἐκ τῆς δ' Ἀττικῆς
Τὸν Ἐρεχθέως διαβάντα Πάνδωρον κτίσαι
Πόλιν μεγίστην τῶν ἐν αὐτῇ Χαλκίδα.

——— *ex Attica vero*
Transgressum Pandorum, Erechthei filium, condidisse.
Vrbem maximam, earum quæ ibi sunt, Chalcidem.

Metion, uxorem Iphinoëm habuit: è qua Dædalum suscepit, à quo populus quidam Atticæ Δαιδαλίδαι nuncupatus. Pherecydes, apud Scholiasten Sophoclis, Oed. Col. Μητίωνι ᾗ, τῷ Ἐρεχθέως, καὶ Ἰφινόῃ, γίνεται Δαίδαλος· ἀφ' ὧ ὁ δῆμος καλεῖται Δαιδαλίδαι Ἀθήνησι. *Metioni vero, Erechthei filio, & Iphinoæ, nascitur Dædalus: à quo populus Athenis Dædalidæ vocatur.* Ita enim illic lego, non Μητίνῳ, *Metino*. Alii vero, uxorem illi Alcippen tribuunt:

buunt: & ex ea filium Eupalamum, Dædali patrem. Apollodorus. Δαίδαλος, ὁ Εὐπαλάμου, παιδὸς τοῦ Μητίονος, καὶ Ἀλκίππης. *Dædalus, Eupalami filius: qui Metionis, & Alcippes.* Pausanias, simpliciter eum inter Metionidas censet, in Achaicis Δαιδάλῳ μὲν γὰρ γένους τε Ἀθήνησιν ὑπῆρχεν εἶναι τοῦ βασιλικοῦ τῶν καλουμένων Μητιονιδῶν. *Dædalus quidem regio Athenis genere natus erat, quod dicebatur Metionidarum.* Rursum alii, Meropen filiam, de qua postea sum dicturus, matrem Dædali voluerunt. Quin & plures filios habuit; sive illos ex Iphinoa, sive Alcippa, sive utraque: qui Pandionem patruelem postea regno exuerunt, ut mox dicam. Præter filios, quos jam ante memoravi, etiam Alcon nominatur: qui Phaletum filium habuerit. Apollonius, Argonaut. I.

——ἐϋμελίης τε Φάληρος.
Ἄλκων μιν προέηκε, πατὴρ ἑός.——
——*fortisque Phalerus.*
Alcon ipsum præmisit, pater ejus.——

Ad quem locum Scholiastes. Ἄλκωνα, τὸν Φαλήρου πατέρα, Πρόξενος φησὶν υἱὸν Ἐρεχθέως. *Alconem, Phaleri patrem, Proxenus ait Erechthei filium.* Etiam Thespis, cujus filiæ quinquaginta Herculis coitu celebrantur, Erechthei fuisse filius memoratur à Diodoro Siculo, lib. IV. Θέσπις γὰρ ἀνὴρ ἦν τὸ γένος ἐπιφανὴς ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, υἱὸς Ἐρεχθέως. *Tespis enim vir illustri Athenis genere erat, Erechthei filius.* Quanquam sanè Apollodorus, lib. II, Pilii: Stephanus, in Θέσπεια; & ex eo quoque Eustathius, ad Iliad. β'. Teuthrantis dicant, Pandionis nepotem. Nunc ad filias veniamus; quas Ovidius, in citato ante versu, quatuor fuisse dicit: ac consentit Apollodorus, nominatque. Θυγατέρας δὲ ἔσχεν ὁ Ἐρεχθεὺς) Πρόκριν, Κρέουσαν, Χθονίαν, Ὠρείθυιαν. *Filias vero (habuit Erechtheus) Procrin, Creusam, Chthoniã, Orithyiam.*

Orithyiam. Suidas eas ſex commemorat; Protogeniam, Pandoram, Procrin, Creuſam, Orithyiam, Chthoniam: atque ex his priores duas, Protogeniam, ac Pandoram, ſe pro patria immolandas præbuiſſe. Verba ejus ita habent. Τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον· καὶ ἐτίμησαν· ἦσαν τὸν ἀριθμὸν ἕξ. ὧν ἦν πρεσβυτάτη μὲν, Πρωτογένεια· δευτέρα ἦν, Πανδώρα· τρίτη, Πρόκρις· τετάρτη, Κρέουσα· πέμπτη, Ὠρείθυια· ἕκτη, Χθονία· τούτων λέγεται Πρωτογένεια, καὶ Πανδώρα, δεῖναι ἑαυτὰς σφαγιάσαι ὑπὲρ τῆς χώρας. *Erechthei filias ſic dicebant, honorabantque, ſex numero. Erat enim natu maxima, Protogenia; ſecunda vero, Pandora: tertia, Procris: quarta, Creuſa: quinta, Orithyia: ſexta, Chthonia. Ex iſtis Protogenia, & Pandora, ſe mactandas pro rep. conceſſiſſe memorantur*. Demarato, Proſerpina dicitur, Τραγῳδουμένων l. III. Ἐρεχθεὺς, ὁ τῆς Ἀττικῆς προϊστάμενος, χρησμὸν ἔλαβεν, ὅτι νικήσει τοὺς ἐχθροὺς, ἐὰν μὲν πρεσβυτάτην τῶν θυγατέρων Περσεφόνην θύσῃ. *Erechtheus, rex Atticæ, oraculum accepit, ſe profligaturum hoſtes, ſi Proſerpinam, filiarum natu maximam, immolaret*. Hygino, Colophonia dicitur, Fab. CCXXXVIII. *Erechtheus, Pandionis filius, Colophoniã (occidit) ex ſortibus*. Pro Pandora, ab eodẽ Otionia memoratur, Fab. XLVI. *Itaque Otionia filia (Erechthei) cum eſſet immolata, cæteræ, fide data, ſe ipſæ interfecerunt*. Sed legendum illic, *Chthonia*, alibi jam pridem monui. Procris, Cephalo nupta fuit, Deionei filio. Apollodorus. Πρόκριν δὲ (ἔγημε) Κέφαλος ὁ Δηϊονέως. *Procrin verò (uxorem duxit) Cephalus, Deïonei filius* Videndus quoque Euſtathius, ad Iliad β′ & Odyſſ. λ′ Deſignat eam Callimachus, Hymno in Dianam.

Καὶ Κεφάλου ξανθὴν ἄλοχον Δηϊονίδαο,
Πότνια, σὴν ὁμόθηρον ἔθηκαο. ———
Et Cephali flavam uxorem Deïonidæ,
Diva, tibi venationis ſociam conſtituiſti. ———

Vbi

Vbi Scholiastes. Η'γουν, τὴν Πρόκνην. *Sive, Prognen.* Rescribo: τὴν Πρόκριν. *Procrin.* Idem mendum est apud Scholiasten Euripidis, ad Hippolytum. Κέφαλος εἷς ἦν τῶν ἐξ Ἐνδυμίωνος. οὗτος γαμεῖ Πρόκνην τὴν Ἀθηναίαν. *Cephalus unius erat ex posteris Endymionis. duxit autem uxorem Prognen Atheniensem.* Rescribe itidem. Πρόκριν τὴν Ἀθηναίαν. *Procrin Atheniensem.* Valde hallucinatur Etymologici Auctor. Κεφαλληνία· ἀπὸ Κεφάλου τινός· ὃς, ἀκουσίως ἀνελὼν Πρόκνην, τὴν Ἐρεχθέως μητέρα, ἔξεισι τῆς Ἀττικῆς. *Cephalenia. à Cephalo quodam: qui, præter voluntatem occisa Progne, Erechthei matre, Atticâ excedit.* Nam, neque Erechthei mater Progne erat, sed Zeuxippe, ut supra docui: neque Prognen Cephalus uxorem habebat, verum Procrin. De Cephali, & Procridis, matrimonio, etiam Ovidius, Metamorph. lib. VI.

——*Æolides Cephalus te conjuge felix,*
Procri, fuit.——

Duxit autem eam Cephalus in Thorico, Atticæ populo. Antoninus Liberalis, Metamorph. Cap. XLI. Κέφαλος ὁ Δηϊονέως ἔγημεν ἐν Θορικῷ τῆς Ἀττικῆς Πρόκριν, τὴν θυγατέρα τὴν Ἐρεχθέως. *Cephalus, Deionei filius, duxit in Thorico Atticæ Procrin, Erechthei filiam.* Ægrè autem ferens Procris, se à Cephalo tentatam, ac deprensam, ad Minoëm, Cretæ regem, sese confert. Antoninus Liberalis, totam historiam fusè narrans, Metamorph. Cap. XLI. Πρόκρις δὲ, καταλιποῦσα τὸν Κέφαλον ὑπ' αἰσχύνης, ᾤχετο φεύγουσα παρὰ Μίνωα, τὸν βασιλέα τῶν Κρητῶν. *Procris vero, relicto præ pudore Cephalo, confugit ad Minoëm, Cretensium regem.* Ac, improlem postquam eum invenisset, sua opera id effecit, ut deinceps liberos gigneret: ac mercedem operæ accepit canem, atque jaculum. Rem, & modum, narrat ibidem Antoninus, verùm verbis maximopere

opere

opere perturbatis. καταλαβοῦσα δ᾽ αὐτὸν, (τὸν Μίνωα,) ἐχόμενον ὑπὸ ἀτεκνίας, ὑπέσχετο, καὶ ἐδίδασκεν τὸν τρόπον αὐτῷ, ὄφεις, καὶ σκορπίους, καὶ σκολοπένδρας, εἰ γένοιντο παῖδες· ὁ γὰρ Μίνως οὔρεσκεν· καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες, ὅσαις ἐμίγνυτο. Πασιφάη δὲ ἦν ἡλίου θυγάτηρ, ἀθάνατος. ἡ γοῦν Πρόκρις, ἐπὶ τῇ γονῇ τοῦ Μίνωος, μηχανᾶται τοιόνδε. κύστιν αἰγὸς ἐνέβαλεν εἰς γυναικὸς φύσιν, καὶ ὁ Μίνως τοὺς ὄφεις πρότερον ἐξέκρινεν εἰς τὴν κύστιν. ἔπειτα δὴ, παρὰ τὴν Πασιφάην εἰσιὼν, ἐμίγνυτο· καὶ ἐπεὶ αὐτοῖς ἐγένοντο παῖδες, ὁ Μίνως δίδοι τῇ Πρόκριδι τὸν ἄκοντα, καὶ τὸν κύνα. *Cum autem ipsum (Minoem) offendisset nullam habentem prolem, pollicita est, & ostendit ei modum, serpentes, & scorpios, & scolopendras, si nascerentur liberi. Minos enim mingebat: & moriebantur mulieres, quibuscum rem habebat. Pasiphaë autem erat Solis filia, immortalis. Procris ergo, ut Minos gignere posset, tale quippiam machinatur. Vesicam capræ in membrum mulieris inserit, & Minos serpentes prius excernebat in vesicam: inde ad Pasiphaën ingressus, cum ea coibat. atque, postquam liberi ipsis nati essent, Procridi dat Minos jaculum, item canem.* Sed luxatum valde locum, sic restituo καὶ ἐδίδασκεν τὸν τρόπον, ᾧ γένοιντο αὐτῷ παῖδες. ὁ γὰρ Μίνως οὔρεσκεν ὄφεις, καὶ σκορπίους, καὶ σκολοπένδρας· καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες, ὅσαις ἐμίγνυτο. *Et ostendit ei modum, quo liberi ipsi gignerentur nam Minos mingebat serpentes, & scorpios, & scolopendras: & moriebantur mulieres, quibuscum rem habebat.* Procrin vero ad Minoëm transiisse, & amatam quoque ab eo, supra conjugem Pasiphaën, meminit etiam Ovidius, De Rem. Am lib. II.

Pasiphaës Minos in Procride perdidit ignes.

De curato Minoë, ac donato item cane, etiam Hyginus refert, Poët. Astron. lib. II. *Canis. Hic dicitur ab Iove custos Europæ appositus esse, & ad Minoa pervenisse: quem*

Procris, Cephali uxor, laborantem dicitur sanasse, & pro beneficio canem muneri accepisse. De donato Procridi à Minoë cane, Pollux quoque est videndus, lib. V. cap. V. Sed de Procride, Cephalo nupta, paullo nobis accuratius, quando se occasio offert, inquirendum. An Erechthei ea filia? Clare Apollodorus dicit, in citatis antè verbis: & Ovidius, Cephalum sic verba facientem Æaco introducit, Metamorph. lib. VII.

Procris erat, si fortè magis pervenit ad aures
Orithyia tuas, magnæ soror Orithyiæ.
Si faciem, moresque, velis conferre duarum,
Dignior ista rapi; pater hanc mihi junxit Erechtheus:
Hanc mihi junxit amor. ———

Ego vero, isthuc pernegare ausim. nam, si filia hæc Erechthei, quomodo ad Minoëm fugit? cujus ætas in Pandionem II, ejus nepotem, Ægeumque pronepotem, demum incidit. ac, si demus, vel duntaxat medio regni Erechthei tempore eam natam, major fuerit minimum octogenariâ, cum transiret ad Minoëm. nam ab hoc, quod dixi, tempore, ad Pandionis excessum anni toti nonaginta interfuere. Dicet aliquis; extrema ætate istud factum, sed non potest: cum, id in principio ipso matrimonii evenisse, res loquatur. immo altero demum mense: ipso Cephalo sic dicente, apud Ovidium libro jam à me citato.

Alter agebatur post sacra jugalia mensis.

Homerus quoque eam coætaneam Minoi facit: cum Vlyssem introducit, referentem, abs se visam pariter cum Phædra, atque Ariadna, illius filiabus. Ecce hæc Poëtæ verba. Odyss. lib. XI.

Φαίδρην τε Πρόκριν τε ἴδον, καλήν τ' Ἀριάδνην,
Κούρην Μίνωος ὀλοόφρονος. ———

Phæ-

Phædramque Procrinque vidi, pulcramque Ariadnem,
Filiam Minois prudentis. ———

Ergo aliam fuiſſe, ſat apparet: & inveſtigare libet. Fuit etiam Cecropi II. Erechtei filio, Procris filia; uti capite mox ſequenti ſum dicturus: verum neque iſta fuit. Habuit & hujus filius, Pandion II, item unam illo nomine: & hæc ſine dubio fuerit. Meminit ejus Palæphalus: &, ne quiſquam dubitare porro poſſit, quin hæc fuerit, id, quod jam commemoravi, de Minoë ſic curato, nobis refert, ubi de Paſiphaë agit, iſtis verbis. Τὸ δ᾽ ἀληθὲς, ἔχει οὕτως. Μίνωα φασὶν, ἀλγοῦντα τὰ αἰδοῖα, θεραπευθῆναι ὑπὸ Πρόκριδος, τῆς Πανδίονος. *Veritas autem, ita habet. Minoem ferunt, è pudendis laborantem, curatum eſſe à Procride, Pandionis filia.* Ita enim eum locum, cum viro inſigni, Paullo Leopardo, emendandum eſſe cenſeo: cum corruptè hactenus vulgatum exſtet. ὑπὸ κριδὸς τοῦ Πανδίονος. Certe Erechtheo, abjudicat item eam Servius: quanquam Iphiclum, non Pandionem II, patrem adſcribat, ad Æneid. lib. IV. *Procrinque. Filia Iphicli, Cephali uxor fuit.* Palæphali locum, etſi ſine ejus nomine, verbo tenus deſcripſit Apoſtolius, Cent. XIV. Proverb. XCVI. Quod ad jaculum porro attinet, atque canem; tum de infelici etiam Procridis fato, videndi, Ovidius, Metamorph. lib. VII. Antoninus Liberalis, loco citato. Hyginus, Fab. CLXXXIX. Pollux, lib. V. cap. V. Creuſa vero, prius compreſſa ab Apolline, poſtea Xutho collocata eſt; atque ex Apollinis coitu, natus Ion: quem oraculum Xutho poſtea perſuaſit, ſuum eſſe. Ea de re eſt Euripidis Tragœdia, inſcripta Ion: quam videto, ſi quis volet. Et Vitruvius teſtatur, lib. IV. cap. I. *Summam imperii partem Ioni, Xuthi & Creuſæ filio, dederunt: quem etiam Apollo Delphis ſuum filium in reſponſis eſt profeſſus.*

 Com-

Compressisse eam Apollo memoratur in antro, quod erat subter arcem. Euripides in citata Ione.

Ἔστιν γὰρ οὐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις,
Τῆς χρυσολόγχου Παλλάδος κεκλημένη·
Οὗ παῖδ' Ἐρεχθέως Φοῖβος ἔζευξεν γάμοις
Βίᾳ Κρέουσαν, ἔνθα προσβόῤῥους πέτρας
Παλλάδος ὑπ' ὄχθῳ τῆς Ἀθηναίων χθονὸς
Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες Ἀτθίδος.
Est enim non obscura Græcorum civitas,
Ab auream hastam gerente Pallade vocata;
Vbi filiam Erechthei Phœbus junxit nuptiis
Creusam per vim: quo loco septentrionalia saxa,
Palladis sub arce Atheniensium terræ,
Macras vocant reges terræ Atticæ.

Et Pausanias, in Atticis, ubi de isto antro agit. Κρεούσῃ γὰρ θυγατρὶ Ἐρεχθέως, Ἀπόλλωνα ἐνταῦθα συγγενέσθαι νομίζουσι. *Hic Apollinem cum Creusa, Erechthei filia, rem habuisse arbitrantur.* Atque ex hac re Apollo, Πατρῷος cognomento, ab Atheniensibus cultus fuit deinde. Scoliastes Aristophanis, ad Nubes. Ἀπόλλων γὰρ, (ἐκλήθη Πατρῷος,) ὅτι Ἐρεχθέως θυγατέρα ἔγημε τὴν Κρέουσαν, ἐξ ἧς γίνεται ὁ Ἴων. *Apollo vero, (Patrius est appellatus,) quod Erechthei filiam, Creusam, uxorem duxerit: è qua natus Ion.* Ac rursum, ad Aves. Πατρῷον γὰρ τιμῶσιν Ἀπόλλωνα Ἀθηναῖοι, ἐπεὶ Ἴων, ὁ πολέμαρχος Ἀθηναίων, ἐξ Ἀπόλλωνος, καὶ Κρεούσης, τῆς Ξούθου, ἐγένετο. *Patroum colunt Apollinem Athenienses, siquidem Ion, belli præfectus ex Apolline, & Creusa, Xuthi uxore, natus est.* Deinde Xuthus, à fratribus Thessalia ejectus, cum Athenas concessisset, eam in matrimonium accepit. Pausanias, in ipso Achaicorum initio. Χρόνῳ γὰρ ὕστερον ἢ ἀποθανόντος Ἕλληνος, Ξοῦθον οἱ λοιποὶ τοῦ Ἕλληνος παῖδες διώκουσιν ἐκ Θεσσαλίας, ἐπενεγκόντες αἰτίαν, ὡς ἴδια χρήματα

ὑφελό-

ὑφελόμενος εἴη τῶν πατρώων. ὁ δὲ, ἐς Ἀθήνας φυγὼν, θυγατέρα Ἐρεχθέως (τὴν Κρέουσαν) ἠξιώθη λαβεῖν. *Mortuo autem postea Hellene, Xuthum cæteri Hellenis filii Thessalia ejiciunt; eo crimine intentato, quod subductas pecunias paternas sibi vindicasset. Is vero, postquam Athenas confugisset, ab Erechtheo dignus habitus est, cui filiam (Creusam) desponderet.* Aurelius Victor, sive alius quis auctor, De Orig. Gentis Rō. *Ferunt Creusam, Erechthei regis Atheniensium filiam, speciosissimam, stupratam ab Apolline, enixam puerum, eumque Delphos olim educandum missum: ipsam vero, patre istarum rerum nescio, Xutho cuidam collocatam.* Causam tradunt, & occasionem hujus matrimonii, auxilium, in bello contra Chalcidenses Eubœæ. Euripides, Ione, postquam retulit Creusam ab Apolline constupratam, ac Ionem peperisse:

Κρέουσα δ', ἡ τεκοῦσα τὸν νεανίαν,
Ξούθῳ γαμεῖται, συμφορᾶς τοιᾶσδ' ὕπο.
Ἦν ταῖς Ἀθήναις, τοῖς τε Χαλκωδοντίδαις,
Οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα, πολέμιος κλύδων.
Ὃν συμπονήσας, καὶ συνεξελὼν δορὶ,
Γάμων Κρεούσης ἀξίωμ' ἐδέξατο.
Creusa vero, quæ pepererat hunc adolescentem,
Xutho nubit, tali casu.
Erat Atheniensibus, & Chalcodontidis,
Qui Euboicam terram habitant, bellica tempestas:
Quam allaborans postquam simul sustulisset ferro,
Nuptiis Creusæ dignus habitus fuit.

Postquam autem hanc duxisset uxorem Xuthus, quatuor Atticæ urbes condidit; Oenoën, Marathonem, Probalinthum, & Tricorythum: quas Τετράπολιν appellabant. Strabo, lib. VIII. Ξοῦθος δὲ, τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα (Κρέουσαν) γήμας, ᾤκισε τὴν Τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς. Οἰνόην, Μα-

 ραθῶνα,

ραθῶνα, Προβάλινθον, καὶ Τρικόρυθον. *Xuthus verò, ducta Erechthei filia, (Creusa,) condidit Atticæ Tetrapolin: Oenoën, Marathonem, Probalinthum, ac Tricorythum* Conon, Narrat. cap. XXVII. Ὁ δὲ νεώτατος, (Ξοῦθος,) Ἀθήναζε ἀφικόμενος, κτίζει Τετράπολιν καλουμένην τῆς Ἀττικῆς, καὶ γαμεῖ Κρέουσαν, τὴν Ἐρεχθέως. *Minimus natu, (Xuthus,) cum Athenas venisset, Atticæ Tetrapolin, quam vocant, condit: & uxorem ducit Creusam, Erechthei filiam.* Verum Xuthus non Tetrapolin appellaverat, sed Hytteniam: nam id primum nomen fuit, ubi Stephanus nos docet. Τετράπολις, τῆς Ἀττικῆς, ἔχουσα δήμους, ἢ πόλεις, τέσσαρας· Οἰνόην, Προβάλινθον, Τρικόρυθον, Μαραθῶνα. αὕτη πρότερον ἐκαλεῖτο Ὑττηνία. *Tetrapolis, Atticæ, habens populos, & urbes, quatuor; Oenoën, Probalinthum, Tricorythum, Marathonem. Hæc prius dicebatur Hyttenia.* Orithyiam vero, Boreas rapuit. Apollodorus Ὠρείθυιαν, ἣν ἥρπασε Βορέας. *Orithyiam, quam rapuit Boreas.* Apollonius Rhodius, Argonaut. lib. I.

Οὕς ποτ' Ἐρεχθηῒς Βορέῃ τέκεν Ὠρείθυια,
Ἐσχατιῇ Θρήκης δυσχειμέρου· ἔνθ' ἄρα τήνγε
Θρηΐκιος Βορέης ἀνερείψατο Κεκροπίηθεν,
Ἰλισσοῦ προπάροιθε χορῷ ἔνι δινεύουσαν.

Quos olim Erehtheis Boreæ peperit Orithyia,
In finibus Thraciæ asperæ: ubi certe hanc
Thracius Boreas Athenis abductam deposuit,
Ilissum juxta choreas agitantem.

Ad quem locum Scholiastes. Ἡ δὲ Ὠρείθυια, Ἐρεχθέως θυγάτηρ· ἣν ἐξ Ἀττικῆς ἁρπάσας ὁ Βορέας, ἤγαγεν εἰς Θρᾴκην. *Orithyiâ, Erechthei filia: quam ex Atticâ Boreas cum rapuisset, in Thraciam abduxit.* Rapta autem ea fuit, ad Ilissum choreas agens. Avienus.

Ilissi Boreas stagno tulit Orithyiam.

Dionysius Alexandrinus.

Νέρθε

Νέρθε γε μὴν Ἰσθμοῖο πρὸς αὐγὰς Ἀττικὸν οὖδας.
Τοῦ δ' ἄρα δεζπεσίου φέρεται ῥόος Ἰλισοῖο,
Ἔνθεν καὶ Βορέης ποτ' ἀνήρπασεν Ὠρείθυιαν.

Quæ sic transtulit Priscianus.

Attica sed tellus post Isthmum solis ad ortum est;
Hinc Orithyiam Boreas rapuisse puellam
Traditur: hîc Ilissus aquis devolvitur amnis.

Vides quoque in citatis statim Apollonii verbis; tum apud Platonem, in Phædro: & Pausaniam, in Atticis. Alii vero, raptam eam ad Cephissum flumen tradunt. Scholiastes Apollonii, lib, I. Χοίριλος δὲ, ἀρπασθῆναι φησὶν αὐτὴν, (τὴν Ὠρείθυιαν,) αὔθη ἀμέλγουσαν ὑπὸ τὰς τοῦ Κηφισσοῦ πηγάς. *Chærilus verò refert, eam (Orithyiam) raptam fuisse, cum flores decerperet subter Cephissi fontes.* Meminere autem raptæ, Herodotus, lib. VII. Propertius, lib. I. Eleg. XX. Cicero, De Leg. lib. I. Iamblichus, De Vita Pythagoræ. lib. I. cap. XXXIV: ac Auctores alii passim. Sed Iamblichus, obiter restituendus. Κατὰ Θρᾷκας, καὶ τὴν Ὠρειθυίας ἁρπαγήν. *Secundum Thracas, & Orithyiæ raptum.* Nam perperam editur, Ἐρεθυίας ἁρπαγήν. *Erithyiæ raptum.* Nec vir doctus, cui Auctorem hunc debemus, recte putat reponendum: Ἐρυθείας. *Erythiæ.* Itaque sex Erechthei filias, quæq; de his apud veteres referuntur, memoravimus. Præter eas, & Cleopatram invenio, Phineo nuptam. Sextus Empiricus, Adversus Mathem. l. I. Τὸν ἀρχηγὸν ἡμῶν τῆς ἐπιστήμης Ἀσκληπιὸν κεκεραυνῶσθαι λέγουσι, διὰ τὸ τοὺς Φινέως υἱοὺς τυφλωθέντας ἀποκαταστῆσαι, χαριζόμενον αὐτῶν τῇ μητρὶ Κλεοπάτρᾳ, τῇ Ἐρεχθέως. *Scientiæ nostræ primum auctorem Æsculapium fulmine percussum tradunt, quod excæcatis Phinei filiis, in gratiam matris Cleopatræ, Erechthei filiæ, visum restituisset.* Quanquam alii, non Erechthei hanc filiam, sed ex Orithyia neptem, esse

tradant.

tradant. Videndi, Apollodorus, lib III. Scholiastes Apollonii, l. I. & Demetrius Triclinius, ad Sophoclis Antigonem. Commemoratur item Merope, Dædali mater, apud Plutarchum, in Theseo. Ο῾ ἢ Θησεὺς, παραιτούμενος ἀνεψιὸν ὄντα Δαίδαλον, κακείνω κατὰ γένος προσήκοντα, μητρὸς ὄντι Μ ρόπης τῆς Ἐρεχθέως, αὐτὸς ναυπηγίαν ἐπεβάλλετο. *Theseus verò, excusans, quod consanguineus esset Dædalus, ac contingeret ipsum genere, ob matrem Meropen, Erechthei filiam, ipse classem ædificare instituit.* Eruimus ergo filios quinque, & filias octo; universim, liberos tredecim: qua de causa non immerito Ἀγλαόπαις, *Liberis splendens,* dicitur Nonno, Dionysias lib. XIII.

Χρύσεον ἀγλαόπαιδος Ἐρεχθέος αἷμα κομίζων.
Aureum splendentis liberis Erechthei sanguinem ducens.

CAP. XIV.

Cecrops II succedit patri. Fratrum ejus contentio: Xuthi judicium, & exilium. Eusebii error. Athenienses, in vicis habitantes, in duodecim urbes tribuit: earumque nomina dicta. Coloniam item deducit, in Eubœam; & Athenas ibi condit, Diadas indigetatas: & Orchomenum, ab Euboicis. Error Eusebii, Hieronymi, Mariani, Freculphi, Abbatis Vrspergensis, ac Lucæ Tudensis: Marianus, Lucas Tudensis, & Freculphus, emendantur Rhodus quoque ab eo condita. Quot annis regnaverit. Ejus heroum, Haliarti: uxor, Metiadusa; è qua filius, Pandion; ac tres filiæ, Creusa, Orithyia, Procris: quarum Orithyia, Macedoni nupta, Europum peperit, à quo Europus, urbs Macedoniæ, nominata.

MOrtuo Erechtheo, filii de regno inter se dissidebant; donec arbiter captus Xuthus, per Creusam,

uti dixi, uxorem affinis, Cecropi illud, tanquam natu maximo, adjudicaret: qua de causa irati cæteri, eum Atticâ exegerunt. Pausanias, initio Achaicorum. Ἀποθανόντος δὲ Ἐρεχθέως, τοῖς παισὶν αὐτοῦ δικαστὴς Ξοῦθος ἐγένετο ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς. καὶ ἔγνω γὰρ τὸν πρεσβύτατον Κέκροπα βασιλέα εἶναι, οἱ λοιποὶ τοῦ βασιλέως παῖδες ἐξελαύνουσιν ἐκ τῆς χώρας αὐτόν. *Cum è vita discessisset Erechtheus, ejus filiis, de regno dissidentibus, disceptator Xuthus fuit: eumque, quia regnum Cecropi natu maximo adjudicasset, alii Erechthei filii regione ejecerunt.* Manifestus est Eusebii error; qui non filium eum Erechthei, verum fratrem, esse dicit. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἕβδομος Κέκροψ δεύτερος, Ἐρεχθέως ἀδελφός. *Apud Athenienses septimus regnavit Cecrops II, Erechthei frater.* Ac Pausanias consentire huic videtur: qui Pandionis, non Erechthei, filium facit, in Bæoticis. Ἐν Ἁλιάρτῳ δὲ τοῦ τε Λυσάνδρου μνῆμα, καὶ Κέκροπος τοῦ Πανδίονός ἐστιν ἡρῷον. *Haliarti vero etiam Lysandri monumentum est, & herois item Cecropis, Pandionis filii.* Verum ego hunc Pandionis II filium esse, Cecropis nostri nepotem, plane censeo; quanquam ejus, quod meminerim, nemo alius mentionem ullam faciat. Confirmatque id opinionem meam, quod Pausanias ille ipse, in citatis antè verbis, Cecropem hunc clarè Erechthei filium dicat, atque eum natu maximum: ac rursum, in Atticis. Πρότερός τε γὰρ ἦρξε Κέκροψ, ὃς τὴν Ἀκταίου θυγατέρα ἔσχηκε· καὶ ὕστερον ἄλλος, ὃς μετῴκησεν ἐς Εὔβοιαν, Ἐρεχθέως υἱός. *Nam & regnavit primus Cecrops, quicum Actæi filia nupta fuit: ac postea alter, qui coloniam deduxit in Eubœam, Erechthei filius.* Certè filium Erechthei, dicit item Apollodorus, ubi liberos ejus refert: & diserte postea dicit, cùm & successorem memorat. Ποσειδῶνος δὲ καὶ τὸν Ἐρεχθέα, καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, καταλύσαντος, Κέκροψ, ὁ πρεσβύτατος τῶν Ἐρεχθέως παίδων, ἐβα-

ἐβασίλευσεν. *Postquam autem Neptunus, tum Erechtheum, tum domum ejus, evertisset, Cecrops, maximus filiorum, regnum tenuit.* Ioannes Tzetzes, Chil. I. cap. IV.

Ἐκ Πραξιθέας Ἐρεχθεὺς τὸν Κέκροπα λοχεύει.
Ex Praxithea Erechtheus Cecropem gignit.

Iterum, Chil. V. cap. XIX.

Ἐξ Ἐρεχθέως πάλιν, καὶ Πραξιθέας, ὁ Κέκροψ.
Ex Erechtheo rursum, & Praxithea, Cecrops.

Et hic est accipiendus, qui per vicos habitantes Athenienses duodecim urbibus, nempe ex vicis grandioribus constitutis, eos habitare fecit. Etymologici Auctor, in Ἐπακρία χώρα. Ἀθηναῖοι, πάλαι κωμηδὸν οἰκοῦντας, πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν, κατῴκισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα. *Athenienses, olim vicatim habitantes, primus Cecrops coactos duodecim urbibus habitare fecit.* Quæ totidem quoque verbis Suidas. Rem eandem narrat Strabo, & nomina item urbium dicit, lib. IX. Φησὶ Φιλόχορος, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος (τῆς Ἀττικῆς·) ὧν ὀνόματα, Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσὶς, Ἄφιδνα, Θόρικος, Βραύρων, Κύθηρος, Σφηττὸς, Κηφισσία, Φαληρός. *Ait Philochorus, primum Cecropem in duodecim urbes multitudinem Atticæ composuisse: quarum nomina sunt, Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Deceléa, Eleusis, Aphidna, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephissia, Phalerus.* Tum coloniam quoque duxit, in Eubœam. Pausanias, in Atticis Πρότερός τε γὰρ ἦρξε Κέκροψ, ὃς τὴν Ἀκταίου θυγατέρα ἔσχηκε· καὶ ὕστερον ἄλλος, ὃς μετῴκησεν ἐς Εὔβοιαν, Ἐρεχθέως υἱὸς, τοῦ Πανδίονος, τοῦ Ἐριχθονίου. *Nam & regnavit primus Cecrops, qui cum Actæi filia nupta fuit; ac postea alter, qui coloniam deduxit, in Eubœam: Erechthei filius, Pandionis nepos, Erichthonii pronepos.* Et Athenas illic condidit, Diadas dictas: ab Euboicis, Orchomenum. Eusebius. Κέκροψ Ἀθήνας,

τὰς

τὰς ἐ Διάδας, ἐν Εὐβοίᾳ ἔκτισεν. Εὐβοεῖς ἢ ταύτην Ὀρχομενὸν μετωνόμασαν. Hieronymus. *Cecrops in Eubœa Athenas, quas & Diadas, condidit: quam urbem Euboici Orchomenum appellaverunt*. Sed non leviter ab Eusebio, & interprete Hieronymo, est erratum: cum, quod factum à Cecrope II fuit, illud Cecropi I tribuunt. Ita errant alii quoque, eorum auctoritate inducti. Marianus Scotus, in Cecropis I regno. *Cecrops in Eubœa, quas & Diadas, condidit: quam urbem Cubeciorchomenon appellarunt*. Sed corrupta majorem in modum ultima verba sic emendo. *Quam urbem Euboici Orchomenon appellarunt* Lucas Tudensis in Chronico. *Cecrops venit in Græciam, & ibi urbem condidit, quam Actam vocavit, & post Athenæ dicta est. Hanc quidam Græcorum Didas, & quidam Archomeniam dixerunt*. Scribe. *q. G. Diadas, & quidam Orchomenum dixerunt* Sed confundi Cecropem I & II: ut Athenas quoque Atticas & Euboicas. Corrigendus & Freculphus, Tomi I. lib. II. cap. VII. *Cecrops in Eubœa Athenas, quas & Diadas vocant, condidit: quam urbem Euboici Orchomenon appellaverunt* Male etiam illic editur: *quam urbem Euboici Corcomenon appellaverunt* Abbas Vrspergensis. *Hic (Cecrops, in Actâ, quæ nunc Attica dicitur, Athenas, quas & Diadas vocant, condidit: quam urbem Euboici Orchomenon appellaverunt*. Hic non est corruptus quidem, sed errorem geminum errat; cùm quod Cecropi I tribuit, uti alii, quæ sunt Cecropis II: tum etiam in Attica conditas has Athenas dicat, quas in insula Eubœo conditas dicere debuisset. Quanquam sane, quod Athenas Diadas attinet, eas Stephanus à Diante, Abantis filio, structas refert, in Ἀθῆναι: Strabo vero, simplicissimè id Athenienſibus tribuit, lib. X. Καὶ Ἀθῆναι, αἱ Διάδες, κτίσμα Ἀθηναίων. *Et Athenæ, Diades dictæ, quæ ab*

Atheniensibus condita. Huic quoque Rhodum conditam tribui debere puto: qua de re sic Isidorus Hispalensis, Orig. lib. xv. cap. I. *Cecrops in insula Rhodo Rhodum ædificavit.* Decessit verò, anno regni quadragesimo. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἕβδομος Κέκροψ δεύτερος, Ἐρεχθέως ἀδελφὸς, ἔτη τεσσαράκοντα. Hieronymus. *Atheniensibus regnavit septimus Cecrops alter, annis quadraginta.* Marianus Scotus. *Atheniensium septimus Cecrops II annis quadraginta regnavit.* Ac consentit Vincentius Bellovacensis. Et heroum illi structum ab Haliartiis, in Bæotica. Pausanias in Bæoticis. Ἐν Ἁλιάρτῳ δὲ, τοῦτε Λυσάνδρου μνῆμα, καὶ Κέκροπος τοῦ Πανδίονός ἐστιν ἡρῶον. *Haliarticum Lysandri monumentum est, tum & Cecropis heroum, Pandionis filii.* Ejus uxor, Metiadusa: & ex ea, filius, Pandion nomine. Apollodorus. Ὅς (Κέκροψ) γήμας Μητιάδουσαν, τὴν Εὐπαλάμου παῖδα, ἐτέκνωσε Πανδίονα. *Is (Cecrops) ducta uxore Metiadusa, Eupalami filia, sustulit Pandionem.* Ioannes Tzetzes, Chil. I. cap. IV.

Ἐκ Πραξιθέας Ἐρεχθεὺς τὸν Κέκροπα λοχεύει.
Ὁ Κέκροψ δὲ Πανδίονα, ἐκ τῆς Μητιαδούσης.
Ex Praxithea Erechtheus Cecropem gignit:
Cecrops vero Pandionem, ex Metiadusa.

Iterum, Chil. v. cap. XIX.

Ἐξ Ἐρεχθέως πάλιν δὲ, καὶ Πραξιθέας, Κέκροψ.
Πανδίων τούτου Κέκροπος, καὶ τῆς Μητιαδούσης.
Ex Erechtheo vero rursum, & Praxithea, Cecrops:
Hujus Cecropis Pandion, & Metiadusæ.

Filiæ quoque illi numero tres natæ, Creusa, Orithyia, Procris: quas sic ipse de nominibus sororum appellavit. Scholiastes Apollonii, lib. I. Κέκροπος δὲ, (θυγατέρες εἰσὶ,) Κρέουσα, Ὠρείθυια, Πρόκρις. *Cecropis vero, (filiæ sunt,) Creusa, Orithyia, Procris.* Et ex illis Orithyia, nupta Macedoni,

filium

filium Europum peperit: à quo Macedoniæ urbs Europus dicta. Stephanus. Ἔυρωπὸς, πόλις Μακεδονίας· ἀπὸ Ἐυρώπȣ, τοῦ Μακεδόνος, καὶ Ὠρειθυίας, τῆς Κέκροπος. *Europus, urbs Macedoniæ: ab Europo, Macedonis filio, & Orithyia, Cecropis filia.*

Cap. XV.

Pandion II. Eusebii error. Regno ejectus à Metionidis. Megaram abit, ad Pylam regem; ejusque filiam Peliam uxorem accipit: aut jam ante potius duxerat. A socero regnum Megaricum accipit, Biante cæso. Obiit Megaris, anno regni vicesimo quinto; & in Minervæ Æthyiæ scopulo sepelitur: mortuoque à Megarensibus parentatum. Filii, Ægeus, Pallas, Nisus, atque Lycus. quanquam controversia fuerit de Ægei patre; aliis Phemium, aliis Scyrium dictitantibus: aliis rursum, ex draconis dentibus natum memorantibus. Quomodo regnum inter illos distributum, variè dici ab Auctoribus, indicatum. Hygini locus emendatus. Ejus filius item, Cecrops; nothus, Oeneus: à quo tribus, Oeneïs dicta. Dion Chrysostomus correctus. Denique & filia, incerti nominis, quæ Scironi nupta fuit; item Procris, Cephali uxor; aliæque, ob quas Veneri Cælesti templum Ægeus dedicavit.

POst defunctum Cecropem II; filius successit, Pandion II. Iterum hic Eusebius errat; qui, ut Cecropem, de quo dixi, male patris sui fratrem, sic Pandionem àvi Erechthei filium facit, istis verbis. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ὄγδοος Πανδίων Ἐρεχθέως. *Athenienſium rex octavus fuit Pandion, Erechthei filius.* Simpliciter Hieronymus. *Athenienſibus regnavit Pandion alter.* Certè Ce-

cropis item filium, non Erechthei, tradit Pausanias, in Atticis καὶ δὴ καὶ Πανδίων ἐβασίλευσεν ὁ τοῦ Ἐριχθονίου, καὶ ὁ Κέκροπος τοῦ δευτέρου. *Ac sane regnavit etiam Pandion, Erichthonii filius: & alter, Cecropis secundi.* Nec aliter Apollodorus, & Ioannes item Tzetzes, locis antea citatis. Ab hoc festum institutũ, Χόες dictum: ut vult Scholiastes Comici, ad Equites, & Acharnenses. Sed errare eum ostendam, cum de regno Demophontis, cui ea res debetur, sum dicturus. Regno ejectus est à Metionis patrui liberis, ac Megara concessit; ubi Pylæ regis filiam Peliam uxorem duxit: qui, Biante patruo cæso, regnum transfert in Pandionem. Apollodorus. Γήμας (ὁ Κέκροψ) Μητιάδουσαν, τὴν Εὐπαλάμου, παῖδα ἐτέκνωσε Πανδίονα. οὗτος, μετὰ Κέκροπα βασιλεύων, ὑπὸ τῶν Μητίονος υἱῶν κατὰ στάσιν ἐξεβλήθη καὶ παραγενόμενος εἰς Μέγαρα πρὸς Πύλαν, τὴν ἐκείνου θυγατέρα Πελίαν γαμεῖ. αὖθις καὶ τῆς πόλεως βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ καθίσταται. κτείνας γὰρ Πύλας τὸν τοῦ πατρὸς ἀδελφὸν Βίαντα, τὴν βασιλείαν δίδωσι Πανδίονι. *Ducta (Cecrops) Metiadusa, Eupalami filia, filium ex ea sustulit Pandionem. hic post patrem regnans, à Metionis filiis per tumultum est ejectus; ac, cum Megara concessisset, ad Pylam, ejus filiam Peliam uxorem accipit: ac deinde ab eo quoque urbis regnum. Pylas enim cum Biantem patruum interfecisset, regnum dat Pandioni.* Pausanias, quod vero similius, ante ejectionem dicit hanc uxorem habuisse: ideoque sine dubio mox ejectus, se ad eum, tanquam socerum, recepit. Τοῦτον (τὸν Πανδίονα) Μητιονίδαι τῆς ἀρχῆς ἐξελαύνουσι· καί οἱ φυγόντι ἐς Μέγαρα, (θυγατέρα γὰρ εἶχε Πύλα, τοῦ βασιλεύοντος ἐν Μεγάροις,) συνεκπίπτουσιν οἱ παῖδες. *Hunc (Pandionem) Metionidæ regno expellunt: eoque Megara contendente, (siquidem uxorem habebat filiam Pylæ, Megarensium regis:) etiam filii regno excidunt.* De ejectione eius, & exilio Megarensi,

renſi, capiendus eſt Oroſius, lib. I. cap XII. *Prætermitto Pandionis, Athenienſium regis, flebilem fugam.* Diem verò obiit Megaris, in exilio: ac ſepultus eſt in Megarica regione, in Minervæ Æthyiæ ſcopulo. Pauſanias, loco citato. Καὶ Πανδίονα μὲν, αὐτοῦ λέγεται νοσήσαντα ἀποθανεῖν· καὶ οἱ πρὸς θαλάσσῃ μνῆμά ἐστιν ἐν τῇ Μεγαρίδι, ἐν Ἀθηνᾶς Αἰθυίας καλουμένῳ σκοπέλῳ. *At Pandionem quidem, illic diem obiiſſe ex morbo tradunt: ejuſque monumentum eſt vicinum mari, in Megaricâ terrâ, in Minervæ Æthyiæ ſcopulo, quem appellant.* Meminit iterum eius poſtea. Ἐκ τούτου δὲ τοῦ ἱεροῦ καταβᾶσι, Πανδίονός ἐστιν ἡρῷον. καὶ ὅτι μὲν ἐτάφη Πανδίων ἐν Αἰθυίας Ἀθηνᾶς καλουμένῳ σκοπέλῳ, δεδήλωκεν ὁ λόγος ἤδη μοι. *Ex hoc vero templo deſcendētibus, in conſpectu eſt Pandionis heroicum monumentum. Et ſepultum eſſe Pandionem in Minervæ ſcopulo, quem appellant, antea jam mihi dictum eſt.* Et defuncto Megarenſes parentabant. Apparet ex Pauſaniæ eiuſdem verbis, quæ ſubiungit. Τιμὰς δὲ ἐν τῇ πόλει παρὰ Μεγαρέων ἔχει. *Parentantque ei in urbe Megarenſes.* Regnavit annos quinque & viginti. Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ὄγδοος Πανδίων Ἐρεχθέως ἔτη κέ. Hieronymus. *Athenienſibus regnavit octavus Pandion alter annos viginti quinque.* Ac conſentiunt Marianus, & Vincentius Bellovacenſis. Vxor illi, ut iam dixi, Pelia fuit, filia Pylæ, regis Megarenſium; & ex ea filii quatuor, Ægeus, Pallas, Niſus, Lycus. Apollodorus. Πανδίονι δὲ, ἐν Μεγάροις ὄντι, παῖδες ἐγένοντο, Αἰγεὺς, Πάλλας, Νῖσος, Λύκος. ἔνιοι δὲ, Αἰγέα Σκυρίου εἶναι λέγουσιν· ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίονος. *Pandioni vero, cum Megaris ageret, filii nati, Ægeus, Pallas, Niſus, Lycus. Nonnulli vero, Ægeum Scyrii eſſe dicunt: ac Pandionem ſibi eum ſuppoſuiſſe.* Strabo, lib. IX. Τῶν Πανδιονιδῶν τεττάρων ὄντων, Αἰγέως τε καὶ Λύκου, καὶ Πάλλαντος, καὶ τετάρτου Νίσου. *Cum quatuor eſſent Pandionis filii; Ægeus, Lycus,*

cus, Pallas, & quartus Nisus. Eustathius, ad Iliad. β'. Ἡ Νίσαια παρώνυμος Νίσῳ· οὗ ἀδελφὸς, Αἰγεὺς, καὶ Πάλλας, καὶ Λύκος, Πανδίονος υἱοί. *Nisæa denominata à Niso: cujus fratres, Ægeus, & Pallas, & Lycus, Pandionis filii.* De Niso autem, corruptus est Hygini locus, Fab. CXCVIII. *Nisus Martis filius, sive, ut alii dicunt, Deionis filius, rex Megarensium, in capite crinem purpureum habuisse dicitur.* Corrige, *sive, ut alii dicunt, Pandionis filius.* Ac, quod Ægeum porrò attinet, eum non Pandionis ex Peliâ uxore filium, verum adoptivum tantum, ut Apollodorus indicat, in citatis statim verbis, dicit etiam Plutarchus, in Vita Thesei. Χαλεπῶς φέροντες, εἰ βασιλεύει μὲν Αἰγεὺς, θετὸς γενόμενος Πανδίονι, καὶ μηδὲν Ἐρεχθείδαις προσήκων. *Iniquo animo ferentes, quod regnaret Ægeus, Pandionis filius adoptivus, nec contingens Erechthidas.* Et Phemii filium quidam dicebant, non Pandionis. Isacius Tzetzes, ad Lycophronem. Φασὶ, τὸν Αἰγέα Φημίου εἶναι παῖδα, Αἰγέως δὲ Θησέα. *Ajunt, Ægeum esse filium Phemii, Ægei vero Theseum.* Alii, eum Scyrii filium faciebant. Apollodorus. Ἔνιοι δὲ, Αἰγέα Σκυρίου εἶναι λέγουσιν· ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίονος. *Quidam vero Ægeum dicunt Scyrii filium, & à Pandione adoptatum.* Quidam etiam tradiderunt, unum eorum exstitisse, quos è dentibus draconis natos Thebis perhibebant. Isacius Tzetzes, ad Lycophronem: ubi de hoc Ægeo agit. Τινὲς δὲ καὶ ἕνα τοῦτον λέγουσι τῶν ἀναδοθέντων ἀπὸ τῶν ὀδόντων τοῦ δράκοντος τοῦ ἐν Θήβαις. ὡς δὲ Ἀνδροτίων. *Quidam vero, etiam hunc unum eorum esse tradunt, qui è draconis dentibus Thebis procreati ferebantur. inter quos est & Androtion.* Atq; istis filiis suis Pandion regnum distribuit. Heraclides, in Excerptis Operis De Rebusp. Πανδίων δὲ, βασιλεύσας μετὰ Ἐρεχθέα, διένειμε τὴν ἀρχὴν τοῖς υἱοῖς. *Pandion vero, qui post Erechtheum regnavit, principatum inter*

filios

filios distribuit. Distributionem istam, variè Auctores tradunt. Strabo, lib. IX. τὴν εἰς τέταρτα μέρη διανομὴν (τῆς Ἀττικῆς,) ἄλλων ἄλλως εἰρηκότων, ἀρκεῖ, ταῦτα παρὰ Σοφοκλέους λαβεῖν. Φησὶ δὲ ὁ Αἰγεύς.

Πατὴρ δ' ἀπελθεῖν ὥρισ' εἰς Ἀκτὴν ἐμοὶ,
Πρεσβεῖα νείμας τῆσδε γῆς. τῷ δ' αὖ Λύκῳ,
Τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νέμων.
Νίσῳ δὲ, τὴν ἀνόμαλον ἐξαιρεῖ χθόνα
Σκείρωνος Ἀκτῆς· τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς Νότον,
Ὁ σκληρὸς οὗτος, καὶ γίγαντας ἐκτρέφων,
Εἴληχε Πάλλας. ———.

Cum divisionem illam (Atticæ,) in quatuor partes factam, alii aliter exponant, sufficiat hæc à Sophocle accipere; apud quem sic loquitur Ægeus:

Pater vero me in Atticam discedere jussit,
Hujus terræ prærogativam tribuens; Lyco autem,
Objectum Eubœæ lateri hortum largiens:
At Niso inæqualem excipit terram
Scironis littoris: terram vero ad austrum sitam,
Durus iste & Gigantes enutriens
Pallas sortitus est. ———

Scholiastes Aristophanis, ad Vespas, Lyco datum esse principatum scribit; Ægeo, urbem: Pallanti, oram maritimam: Niso, Megaricam. Τὴν δὲ χώραν τὴν Διακρίαν, (immo potius totam Atticam,) Πανδίονα φασὶ τοῖς υἱοῖς διανείμαντα, τὴν ἀρχὴν Λύκῳ δοῦναι, Αἰγεῖ δὲ τὴν περὶ τὸ ἄστυ, Πάλλαντι δὲ τὴν παραλίαν, Νίσῳ δὲ τὴν Μεγαρίδα. *Ac regionem quidem montanam, ajunt Pandionem filiis suis dispertitum, Lyco principatum dedisse, Ægeo urbem, Pallanti maritimam oram, Niso Megaricam.* Aliter rursum Euripidis Scholiastes, ad Hippolytum, tribus tantum filiis distribuisse eum dicit, nulla Lyci mentione: & Ægeo, ac Pal-

lanti, populos nonnullos Atticæ obtigisse, ut Niso Megaricam. Νίσος, καὶ Πάλλας, καὶ Αἰγεὺς, τρεῖς ἀδελφοὶ ἐκ Πανδίονος. καὶ ὁ μὲν Νῖσος, τὰ Μέγαρα ᾤκει· Αἰγεὺς δὲ, καὶ Πάλλας, δήμων τινῶν ἦρχον, τῆς Ἀττικῆς οὔπω συνῳκισμένης εἰς ἕν. *Nisus, Pallas, & Ægeus, tres erant fratres ex Pandione. ac Nisus quidem, Megara inhabitavit; Ægeus, & Pallas, populis quibusdam præerant, Atticâ necdum iu unum coacta.* Auctor est Apollodorus filios sibi divisisse, post Pandionis excessum: ac rerum summam penes Ægeum fuisse. Μετὰ δὲ τὴν Πανδίονος τελευτὴν, οἱ παῖδες αὐτοῦ, στρατεύσαντες ἐπ' Ἀθήνας, ἐξέβαλον τοὺς Μητιονίδας, καὶ τὴν ἀρχὴν τετραχῆ διεῖλον. εἶχε δὲ τὸ πᾶν κράτος, Αἰγεύς. *Post Pandionis vero mortem, filii ejus, ducto in Athenas exercitu, Metionidas ejecerunt, atque regnum quadrifariam diviserunt. Ægeus autem, omnem habebat potestatem.* Pausanias, quanquam cæteræ divisionis nullam mentionem faciat, tamen regnum Ægeo post patris mortem obtigisse, Metionidis expulsis, tradit. Καὶ Πανδίονα μὲν, αὐτοῦ λέγεται νοσήσαντα ἀποθανεῖν. οἱ δὲ παῖδες, κατιᾶσί τε ἐκ τῶν Μεγάρων, ἐκβαλόντες Μητιονίδας. καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Ἀθηναίων, Αἰγεὺς, πρεσβύτατος ὢν, ἔσχε. *Ac Pandionem quidem, ibi obiisse ex morbo tradunt. filii vero ejus, Megaris profecti, Metionidas ejecere: regnumque Atheniensium Ægeus, ceu qui natu maximus esset, accepit.* Præter Ægeum, Pallantem, Nisum, atque Lycium, quos jam dixi, etiam Cecrops memoratur à Pausania, in Bæoticis. Ἐν Ἁλιάρτῳ δὲ τοῦ τε Λυσάνδρου μνῆμα, καὶ Κέκροπος τοῦ Πανδίονός ἐστιν ἡρῷον. *Haliarti exstat & Lysandri monumentum, & Cecropis, Pandionis filii, heroicum monumentum.* Erat etiam Oeneus, nothus; de quo Pausanias, in Atticis: ubi de heroibus agit, quorum nominibus appellatæ tribus essent. Αἰγεύς τέ ἐστι, καὶ Οἰνεὺς, Πανδίονος υἱὸς νόθος. *Est & Ægeus: item Oeneus, filius Pandionis*

nis

nis nothus. Restituendum ejus nomen apud Dionem Chrysostomum, Orat. XV. Ναὶ μὰ Δία, ἔφη, πλὴν γε τοῦ Οἰνέως, τοῦ Πανδίονος, εἶπε, νόθε παιδίς. *Per Iovem, inquit, præter Oeneum Pandionis filium nothum*. Malè hactenus vulgatur: πλὴν γε τῆς οἰήσεως, τοῦ Πανδίονος, εἶπε, νόθε παιδός. Quod vertit Interpres. *Præter opinionem Pandionis nothi pueri*. Et ab isto, tribus Oeneis appellata; sub qua populi isti erant: Ἀχάρναι, Ἐπικηφισιά, Θρία. Ἱπποτομάδαι. Λακιά, Λεσιά, Μελίτη. Ὄη, sive Οἴη, Περιθοῖδαι, Πτελεά, Τυρμίδαι, Φυλή. Id ostendi singillatim, lib. De populis Atticæ. Et hæc de Pandionis filiis, quos invenio: sed & filia quædam fuit, cujus nomen ignoratur, Scironi nupta. Pausanias, in Atticis, mentionom ejus facit. Τῷ Πυλᾷ δὲ, γενέσθαι Σκίρωνα. τοῦτον συνοικῆσαι τῇ Πανδίονος θυγατρί. *Ac Pylæ quidem, filium fuisse Scironem: eumque uxorem habuisse Pandionis filiam*. Etiam Procris, Cephali uxor: ut ostēsum à me supra, cap. XIII. Immò plures exstitere, uti licet observare ex Pausania: qui inter causas dedicati ab Ægeo Veneris Cælestis templi, ponit etiam sororum calamitatem: Ita enim hac de re ait, in citatis antè Atticis. Ἀθηναίοις δὲ (τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης Οὐρανίας) καθεστήσατο Αἰγεὺς, αὑτῷ τε οὐκ εἶναι παῖδας νομίζων, (οὔπω γὰρ τότε ἦσαν,) καὶ τὰς ἀδελφὰς γενέσθαι τὴν συμφορὰν, ἐκ μηνίματος τῆς Οὐρανίας. *Athenienſibus verò (fanum Veneris Cælestis) constituit Ægeus, cùm quod liberos non haberet, quippe tunc adhuc improles, tum quod etiam sororum calamitatem ira deæ evenisse existimaret*.

DE REGIBVS ATHENIENSIVM, LIBER III.

CAP. I.

Pandioni II. vitâ functo in regno ſuccedit Ægeus, ejus filius; qui, liberis orbus, templum ſtruit, Veneri Cæleſti ſacrum & ad oraculum proficiſcitur, eoque conſulto, Athenas rediens, deflectit Træzenem, ad Pittheum, oraculi obſcurioris expoſitionem ab eo petiturus: vel, ut alii, ad Medeam. Pittheus, intellecto oraculo, filiam ipſi Æthram collocat; qua cum gravida diſcederet, monumenta illi quædam, filio, ſi fortè pareret, mox adulto indicanda, & ad ipſum deferenda, ſub ſaxo quodam occultata, relinquit. Gladius, Ellopius; capulo eburneo, in quo inſculptum genus Ægei: iſque Hippolyto poſtea à Theſeo datus.

PAndioni II filius ſucceſſit Ægeus. Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἔννατος Αἰγεὺς Πανδίονος. Hieronymus *Athenienſibus regnavit nonus Ægeus Pandionis filius.* Etenim Pandionis filii, poſt parentem vitâ functum, conjurati in Metionidas patrueles, qui Pandionem patruum ejecerant regno, rurſum illis id extorquent. cumque inter ſeſe hoc diſtribuiſſent, ſummam Ægeo, natu maximo, poteſtatem conceſſere. Vide quæ notata mihi ultimo ſuperioris libri capite. Atque ille, cum è duplici matrimonio nullam prolem ſuſcepiſſet, metuens, propter orbitatem, ne à fratribus regno ſuo pelleretur, Veneris id ira ſibi evenire arbitratus, veluti ſororum quoque cala-

calamitatem, templum Veneri, cognomento Cælesti, struit. Pausanias, in Atticis. Πλησίον δὲ, ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης οὐρανίας. Ἀθηναίοις δὲ καλεστήσατο Αἰγεὺς, αὐτῷ τε οὐκ εἶναι παῖδας νομίζων, (οὔπω γὰρ τότε ἦσαν.) καὶ ταῖς ἀδελφαῖς γενέσθαι τὴν συμφορὰν ἐκ μηνίματος τῆς οὐρανίας. *Prope vero, fanum est Veneris Cælestis. Atheniensibus vero constituit Ægeus; cum quod liberos non haberet, quippe tunc adhuc improles, tum & quod sororum calamitatem à deæ ira evenire existimaret.* Præterea, oraculum petit, consulturus, quanam sibi ratione liberos quæreret. à quo redux, cum Trœzenem in itinere ad Pittheum deflecteret, re cum Æthra eius filia ibi habita, atque illa ex ea consuetudine gravida, abiens relinquit monumenta quædam, sub saxo abdita: quæ adultus postea filius, si is fortè nasceretur, ad se afferret, ut agnoscere eum posset. Apollodorus, l. III Γαμεῖ δὲ ὁ Αἰγεὺς πρῶτον μὲν τὴν Μήταν, τῆς Ὁπλήτος· δευτέραν δὲ Χαλκιόπην, τὴν Ῥηξήνορος. ὡς δὲ οὐκ ἐγένετο παῖς αὐτῷ, δεδοικὼς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Πυθίαν ἦλθε, καὶ περὶ παίδων γονῆς ἐμαντεύετο. ὁ δὲ θεὸς, ἔχρησεν αὐτῷ·

Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα ποδάονα, φέρτατε λαῶν,
Μὴ λύσης πρὶν ἐς ἄκρον Ἀθηναίων ἀφίκηαι.

Ἀπορῶν δὲ τὸν χρησμὸν, ἀνῄει πάλιν εἰς Ἀθήνας. καὶ, Τροιζῆνα διοδεύων, ἐπιξενοῦται Πιτθεῖ τῷ Πέλοπος· ὃς τὸν χρησμὸν συνεὶς, μεθύσας αὐτὸν τῇ θυγατρὶ συγκατέκλινεν Αἴθρᾳ. Αἰγεὺς δὲ, ἐντειλάμενος Αἴθρᾳ, ἐὰν ἄρρενα γεννήσῃ, τρέφειν, καὶ τίνος ἐστὶ μὴ λέγειν. ἀπέλιπε δὲ ὑπό τινι πέτρᾳ μάχαιραν, καὶ πέδιλα· εἰπὼν ὅταν ὁ παῖς δύνηται, τὴν πέτραν ἀποκυλίσας, ἀνελέσθαι ταῦτα, τότε μετ' αὐτῶν ἀποπέμπειν. αὐτὸς δὲ, ἧκεν εἰς Ἀθήνας. *Ducit vero (Ægeus) primo quidem, Metam, filiam Hopletis; inde Chalciopen, Rhexenoris. At ubi nulla prole se augeri videt, fratres metuens, Pythiam adit, & oraculum de gignendis liberis consulit; ac responsum à deo accipit:*

Vtre exstantem pedem, præstantissime inter populos,
Ne solvas, antequam ad Athenienses veneris.

Ambigens vero, quid oraculum sibi vellet, regreditur Athenas: &, Træzenem transiens, apud Pittheum divertit, Pelopis filium. qui, quoniam oraculum intellexerat, inebriato Æthram filiam in lecto collocat. atque ille, præcipit ei, ut, si filium fortè pareret, educaret, neque patrem indicaret. tum relinquit abditos sub saxo calceos, item ensem; quæ, cum per ætatem posset saxo amoto, ad se afferret: atque ipse, Athenas abit. Plutarchus ait, non tam fratrum, quam Pallantis solius filiorum, qui numero quinquaginta erant, metu id ab ipso factum. Ἰσχυρῶς γὰρ ἐδεδοίκει τοὺς Παλλαντίδας, ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, καὶ διὰ τὴν ἀπαιδίαν καταφρονοῦντας. ἦσαν δὲ πεντήκοντα παῖδες, ἐκ Πάλλαντος γεγονότες. *Etenim Pallantidas majorem in modum metuebat; qui insidiabantur ipsi, &, quòd liberos non haberet, contemnebant: erant autem quinquaginta, è Pallante prognati.* Oraculi autem responsum, ita refert:

Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα μέγα φέρτατε λαῶν,
Μὴ λύσῃς, πρὶν δῆμον Ἀθηνῶν εἰσαφικέσθαι.

Scholiastes vero Euripides, in Medeam, hunc in modum.

Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα ποδεῶνα, φέρτατε λαῶν,
Μὴ λῦσαι, πρὶν γουνὸν Ἀθηναίων ἀφικέσθαι.

Euripides, sic in jambos redegit, ipso Ægeo referente, in citata jam Medea.

Ἀσκοῦ μὲ τὸν προὔχοντα μὴ λῦσαι πόδα,
Πρὶν ἂν πατρῴαν αὖθις ἑστίαν μόλω.

Deflexisse autem ad Pittheum a Plutarcho memoratur, ut oraculi, quod non caperet, explicationem peteret. Αἰγεῖ δὲ παίδων δεομένῳ, τὴν Πυθίαν ἀνελεῖν λέγουσι τὸν θρυλλούμενον χρησμὸν, διακελευομένην, μηδεμιᾷ γυναικὶ συγγενέσθαι,

γενέσθαι, πρὶν ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας. οὐ πάνυ δὲ τοῦτο φράζειν εὐδήλως δοκοῦσαν. ὅθεν εἰς Τροιζῆνα παρελθὼν, ἀνεκοινοῦτο Πιτθεῖ τὴν τοῦ θεοῦ φωνήν. *At Ægeo, prolem desideranti, Pythiam perhibent, oraculum illud celebratum reddidisse; quo præciperet, ne mulierem ullam attingeret, priusquam Athenas appulisset. Verum, cum præscribere id non planè liquidè videretur, Træzenem profectus, dei vocem Pittheo communicabat.* Rem Medeæ universam, curiose percunctanti, singillatim exponentem ipsum Ægeum introducit Euripides, in Tragœdia Medea.

ΜΗ. Ὦ χαῖρε καὶ σὺ, παῖ σοφοῦ Πανδίονος,
Αἰγεῦ, πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπιστροφᾷ πέδον;
ΑΙ. Φοίβου παλαιὸν ἐκλιπὼν χρηστήριον.
ΜΗ. Τί δ' ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν ἱκάνεις;
ΑΙ. Παίδων ἐρευνῶν σπέρμ' ὅπως γένοιτό μοι.
ΜΗ. Πρὸς θεῶν, ἄπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον;
ΑΙ. Ἄπαιδές ἐσμεν, δαίμονος τινὸς τύχῃ.
ΜΗ. Δάμαρτος οὔσης, ἢ λέχους ἄπειρος ὤν;
ΑΙ. Οὐκ ἐσμὲν εὐνῆς ἄζυγες γαμηλίου.
ΜΗ Τί δῆτα Φοῖβος εἶπέ σοι παίδων πέρι;
ΑΙ. Σοφώτερ', ἢ κατ' ἄνδρα συμβαλεῖν, ἔπη.
ΜΗ. Θέμις δ' αὖ ἡμῖν χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ;
ΑΙ. Μάλιστ', ἐπεί τοι καὶ σοφῆς δεῖται φρενός.
ΜΗ. Τί δῆτ' ἔχρησε; λέξον, εἰ θέμις κλύειν.
ΑΙ. Ἀσκοῦ με τὸν προὔχοντα μὴ λῦσαι πόδα.
ΜΗ. Πρὶν ἂν τί δράσῃς, ἢ τίν' ἐξίκῃ χθόνα;
ΑΙ. Πρὶν ἂν πατρῴαν αὖθις ἑστίαν μόλω.
ΜΗ. Σὺ δ' ὡς τί χρῄζων τήνδε ναυστολεῖς χθόνα;
ΑΙ. Πιτθεύς τις ἐστι, γῆς ἄναξ Τροιζηνίας.
Παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος.
Τούτῳ θεοῦ μάντευμα κοινῶσαι θέλω.
Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ, καὶ τρίβων τὰ τοιάδε.
Κἀμοὶ δὲ πάντων φίλτατος δορυξένων.

ME. O sal-

ME. *O salve & tu, fili sapientis Pandionis,*
Ægeu, unde accedis solum hujus terræ?
ÆG. *Relicto antiquo sacello Apollinis.*
ME. *Quare vero ad umbilicum terræ, ubi oraculum est, ivisti?*
ÆG. *Quærens, quomodo mihi contingeret satio liberorũ.*
ME. *Per deos! ergo sine liberis adhuc trahis vitam?*
ÆG. *Sumus sine liberis, genio quodam ordinante.*
ME. *Vxorem habens, an lecti conjugalis expers existens?*
ÆG. *Non sumus disjuncti à lecto conjugali.*
ME. *Quid igitur dixit tibi Phœbus de liberis?*
ÆG. *Obscuriora verba, quam ut homo conjiciat.*
ME. *Fasne est nos scire oraculum dei?*
ÆG. *Maximè, quandoquidem & sapientem mentem requirit.*
ME. *Quid igitur respondit? dicito, si fas est scire.*
ÆG. *Ne ego utris prominentem solverem pedem.*
ME. *Priusquam quid facias? aut ad quam terram venias?*
ÆG. *Priusquam ad patrios lares rediero.*
ME. *Tu vero qua re indigens navigas in hanc terram?*
ÆG. *Est Pittheus quidam, terræ rex Trœzeniæ,*
Filius Pelopis, ut ajunt, valde pius.
Cum hoc dei oraculum communicare volo.
Est enim vir sapiens, & in talibus versatus,
Et mihi charissimus amicorum, quos militiâ paravi.

Ad quem locum Scholiastes tradit, non Trœzenem ivisse, ut Pittheum consuleret, quid obscurum valde oraculum sibi vellet; sed, quod iter latrociniis Sinidis infestum esset: tum Corinthum ad Medeam contendisse, ut ex ea mentem oraculi intelligeret. Λέγουσι τὸν Αἰγέα εἰς Τροιζῆνα ἐληλυθέναι, διὰ τὸ δεδοικέναι πεζῇ ποιεῖσθαι τὴν πορείαν, Σίνιδος καὶ ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐπιπολάζοντος. Νεόφρων

δὲ, εἰς Κόρινθον τὸν Αἰγέα φησὶ παραγενέσθαι, πρὸς Μήδειαν, ἕνεκα τοῦ σαφηνισθῆναι αὐτῷ τὸν χρησμὸν ὑπ' αὐτῆς τῆς Μηδείας. *Ferunt Ægeum abiisse Træcenem, qui iter terra facere veretur, ob grassantem per id tempus Sinim. Neophron verò auctor est, Corinthum esse profectum Aegeum ad Medeam, ut hæc ipsi explicaret, quid oraculum sibi vellet.* Quod concubitum Ægei cum Æthra attinet, eum in Minervæ fano accidisse, Hyginus tradit, Fab. XXXVII. *Neptunus, & Aegeus, Pandionis filius, in fano Minervæ cum Aethra, Pitthei filia, una nocte concubuerunt.* De relictis apud Æthram monumentis, nempe gladio, calceisque, & præcepto item ejus, quæ Apollodorus refert, in citatis antè verbis, ita etiam Plutarchus, in Vita Thesei Συνελθὼν δὲ (τῇ Αἴθρᾳ,) καὶ γνοὺς ἐκεῖνος, ὅτι τῇ Πιτθέως θυγατρὶ συγγέγονε, καὶ κύειν αὐτὴν ὑπονοήσας, ἀπέλιπε ξίφος, καὶ πέδιλα, κρύψας ὑπὸ πέτραν μεγάλην, ἐντὸς ἔχουσαν κοιλότητα, συμμέτρως ἐμπεριλαμβάνουσαν τὰ κείμενα. Φράσας δὲ πρὸς μόνην ἐκείνην, καὶ διακελευσάμενος, ἂν υἱὸς ἐξ αὐτοῦ γένηται, καὶ, λαβὼν ἀνδρὸς ἡλικίαν, δυνατὸς ᾖ τὴν πέτραν ἀναστῆσαι, καὶ ὑφελεῖν τὰ καταλειφθέντα, πέμπειν πρὸς αὐτὸν ἔχοντα ταῦτα, μηδενὸς εἰδότος, ἀλλ' ὡς ἔνεστι μάλιστα, λανθάνοντα πάντας, ἀπῄει. *Ille vero congressus (cum Aethra,) postquam se cum Pitthei filia habuisse rem cognosceret, ac prægnantem existimaret, reliquit ei ensem, & calceos, sub ingenti abditos saxo, quod idoneam cavitatem ad recipiendum haberet. Idque huic postquam soli indicasset, jussissetque, quod si filium fortè pareret, isque adultus saxum tollere, & relicta auferre posset, eum ad se, nullo conscio, & ignaris, quantum fieri posset, omnibus, cum depositis amandaret, discessit.* De calceis, sub saxo abditis, gladioque, itẽ cingulo, sunt Lycophronis isti versus, in Tragœdia Cassandra.

Πάλιν δ᾽ ὁ πέτρας ἀζκέρας ἀνειρύσας,
Καὶ Φαζγάνου ζωστῆρα καὶ ξίφος πατρὸς,
Ὁ Φημίου παῖς, Σκῦρος ᾧ λυγροὺς τάφους
Κρημνῶν ἔνερθεν αἰγίλιψ ῥοιζουμένων
Πάλαι δοκεύει, τὰς ἀταρχύτους ῥιφάς.

Rurſum qui è ſaxo calceos extraxerat,
Enſiſque cingulum, & gladium patris,
Phemii nepos; cui Scyrus ſepulcrum triſte
Ardua ſub præcipitiis deturbato
Iampridem ſervat, inſepultos jactus.

Gladii, Hyginus meminit: & Ellopium appellatū fuiſſe tradit, in Poëtico Aſtronomico. *Hegeſianax autem, Theſea dixit eſſe, qui Trœzene ſaxum extollere videtur; quod exiſtimatur Aegeus ſub eo ſaxo Ellopium enſem poſuiſſe, & Aethræ, Theſei matri, prædixiſſe, ne antè eum Athenas mitteret, quam, ſua virtute lapide ſublato, potuiſſet gladium patri referre.* Habebat autem capulum eburnum: & in eo inſculptum quoquè genus Aegei. Obſervo apud Ovidium, in hac hiſtoria, Met. lib. VII

Sumpſerat ignarâ Theſeus data pocula dextrâ:
Cum pater in capulo gladii cognovit eburno
Signa ſui generis. ———

Hunc ipſum poſtea donaſſe filio Hippolyto videtur Theſeus. Indicant id verba Theſei, apud Senecam, in Hippolyto Tragœdia.

Quod facinus, heu me, cerno! quod monſtrum intuor!
Regale patriis aſperum ſignis ebur
Capulo refulget gentis Actææ decus.

Diodorus Siculus, fabuloſam totam hanc hiſtoriam cenſet, lib. IV. Θησεὺς τοίνυν, γεγονὼς Αἴθρας τῆς Πιτθέως, καὶ Ποσειδῶνος, τραφεὶς ἐν Τροιζῆνι, παρὰ Πιτθεῖ τῷ μητροπάτορι, καὶ τὰ μυθολογούμενα σύμβολα ἀνῃρημένος, τὰ ὑπὸ Αἰγέως ὑπὸ

τινὶ

τινὶ πέτρᾳ τεθειμένα, κατήντησεν εἰς τὰς Ἀθήνας. *Thesеus igitur, natus ex Æthra, Pitthei filia, & Neptuno, ac Trœzene apud Pittheum avum maternum educatus, postquam signa sustulisset, quæ ab Ægeo sub saxo quodam condita fabulantur, Athenas concessit.*

Cap. II.

Trœzene à Pittheo reversus, Panathenæa celebrat; quibus cum Androgeus, Minois filius, superasset, ac Pallantis filiis familiaris factus esset, metuens, ne regno fortè pelleretur, Thebas postea abeuntem in itinere ex insidiis interficiendum curat. Apollodorus eа de re emendatus. Inde Minos, cædem filii ulturus, bellum infert diuturnum; vix, bis septem puerorum tributo indicto, compositum: eaque in re, variè dissentire Auctores, indicatum.

TRœzene redux, cum Athenas advenisset, Panathenæa celebravit, in quibus cum vicisset omnes Androgeus, Minois filius, Iupiter, missum adversus taurum Marathonium, occidit. Apollodorus, lib. III. Αὐτὸς δὲ (ὁ Αἰγεὺς Τροιζήνηθεν) ἧκεν εἰς Ἀθήνας, καὶ τὸν Παναθηναίων ἀγῶνα ἐπετέλει· ἐν ᾧ ὁ Μίνωος παῖς Ἀνδρόγεως ἐνίκησε πάντας. τοῦτον ὁ Ζεὺς ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ἔπεμψε ταῦρον, ὑφ' οὗ διεφθάρη. *Ipse vero (Ægeus Trœzene) Athenas contendit, & Panathenæorum certamen celebravit: in quo Androgeus, Minois filius, omnes superavit. Eum Iupiter adversus taurum Marathonium misit, à quo est sublatus.* Pausanias, in Atticis, ubi de hoc tauro agit. Ὡς δὲ εἰς τὸ πεδίον ἀφείθη τὸ Ἀργείων, φεύγει διὰ τοῦ Κορινθίου Ἰσθμοῦ· φεύγει δὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν, καὶ τῆς Ἀττικῆς ἐς δῆμον τῶν Μαραθωνίων· καὶ ἄλλους τε ὁπόσοις ἐπέτυχε, καὶ Μίνω παῖδα Ἀνδρόγεων, ἀπέκτεινε. *Vt vero*

in Argivorum agrum actus fuit, per Isthmum Corinthiacum fugit in Atticam, & in Atticæ populum Marathonium: ubi & alios, in quoscunque inciderat, & Minois filium Androgeum, interfecit. Alii tradunt, Panathenæorum certamine victorem, postquam cum Pallantis filiis amicitiam contraxisset, metuentem sibi Ægeum, ne auxilio ejus regnum eripere conarentur, Thebas ad certamen quoddam abeuntem, ad Oenoën, Atticæ populum, occidisse Diodorus Siculus, lib IV. Τῶν δὲ Μίνωος υἱῶν Ἀνδρόγεως μὲν, εἰς τὰς Ἀθήνας κατήντησε, Παναθηναίων συντελουμένων, ἰγέως βασιλεύοντος. ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι νικήσας τοὺς ἀθλητὰς ἅπαντας, συνήθης ἐγένετο τοῖς Πάλλαντος παισίν. ἐνταῦθα ὁ μὲν Αἰγεὺς ὑποπτεύσας τὴν Ἀνδρόγεω φιλίαν, μήπως ὁ Μίνως, βοηθήσας τοῖς υἱοῖς τοῦ Πάλλαντος, ἀφέληται τὴν ἀρχὴν, ἐπεβούλευσε τῷ Ἀνδρόγεω. βαδίζοντος γὰρ αὐτοῦ εἰς τὰς Θήβας ἐπί τινα θεωρίαν, ἐδολοφόνησεν αὐτὸν διὰ τῶν ἐγχωρίων, περὶ Οἰνόην τῆς Ἀττικῆς. *Ex Minois filiis Androgeus quidem, regnante Ægeo, ad solenne festum Panathenæorum profectus, concertantes omnes vicit: unde familiaritatem Pallantis filiorum conciliavit. Quam cum suspectam haberet Ægeus, ne forte Minos, opem ferens Pallantis filiis, regnum eriperet, insidias Androgeo struxit. Dumque Thebas ad spectaculum quoddam sacrum proficiscitur, dolo eum interfecit, operâ popularium, ad Oenoen Atticæ.* Ibat autem certamen, à Laïo, rege Thebarum, institutum. Docet id Apollodorus, sed à mendo vindicandus. Ἔνιοι δὲ αὐτὸν λέγουσι, πορευόμενον εἰς Θήβας, ἐπὶ τὸν Λαΐου ἀγῶνα, πρὸς τῶν ἀγωνιστῶν ἐνεδρευθέντα διὰ φθόνον, ἀπολέσθαι. *Quidam verro, dicunt illum, Thebas contendentem, ad Laii certamen, à concertatoribus per invidiam dolo interemptum esse.* Non rectè editur: παρδιόμενον εἰς Ἀθήνας, *contendentem Athenas.* Meminere hujus cædis, Virgilius, Æneid. VI; Serviusque, in Com-

in Commentario : Lutatius,ad Statii Achill. lib. II. Hyginus,Fab XLI. Ovidius,Metamorph. lib. VII. & in Epiſtola Ariadnæ ad Theſeum. Plutarchus, in Theſeo: aliique Auctores plures. Minos vero,cæde filii aſperatus,bellum Athenienſibus intulit. Apollodorus. Μίνως δὲ μετ' οὐ πολὺ, θαλασσοκρατῶν, ἐπολέμησε στόλῳ τὰς Ἀθήνας. *Nec multo post Minos, qui imperium maris teneret, claſſe Athenis bellum intulit* Ovidius,Met. VII.

Nec tamen,uſque adeo nulla eſt ſincera voluptas,
Sollicitumque aliquid lætis intervenit, Ægeus
Gaudia percepit nato ſecura recepto.
Bella parat Minos; qui quanquam milite, quanquam
Claſſe valet,patria tamen eſt firmiſſimus ira:
Androgeique necem juſtis ulciſcitur armis.

Item Auctores teſtantur,quos citavi. Ac,cum traheretur bellum,nec proficeret quicquã Minos, Iovis patris opem implorat,obſecratque,ut is pænam exigere velit. qui cum famem pariter peſtemque illis immiſiſſet, ipſi, ex antiquo oraculo,ad averruncanda mala, filias Hyacinthi immolant. Apollodorus. Χρονιζομένου δὲ τοῦ πολέμου, μὴ δυνάμενος (ὁ Μίνως) ἑλεῖν τὰς Ἀθήνας, εὔχεται Διῒ παρ' Ἀθηναίων λαβεῖν δίκας. γενομένου δὲ τῇ πόλει λοιμοῦ τε καὶ λιμοῦ, τὸ μὲν πρῶτον κατὰ λόγιον Ἀθηναῖοι παλαιὸν τὰς Ὑακίνθου κόρας κατέσφαξαν. *Cum vero bellum id diutius duraret, neque Athenas expugnare (Minos) poſſet, Iovem orat, ut is pœnas ab Athenienſibus poſcat. hinc cum peſtis atque fames ſimul Vrbem invaſiſſent, primum quidem Athenienſes, ex antiquo quodam oraculo, filias Hyacinthi immolant.* Sed cum nihil hoc juvaret ; mittunt ſciſcitatum oraculum de iſtius belli fine: ac reſponſum inde accipiunt,ut Minoi ſatisfacerent. iſque, per legatos juſſus poſtulare, ſi quid vellet,ſeptem puerorum corpora, totidemque puellarum,

Minotauro in cibum danda, exhiberi ſibi petiit. Apollodorus. Ὡς δ' οὐδὲν ὄφελος ἦν τοῦ τ' ἐχρῶντο περὶ ἀπαλλαγῆς, ὁ δὲ θεὸς ἀπεῖπεν αὐτοῖς, Μίνωι διδόναι δίκας, ἃς ἂν αὐτὸς αἱρεῖται. πέμψαντες οὖν πρὸς Μίνωα, ἐπέτρεπον αἰτεῖν δίκας. Μίνως δὲ, ἐκέλευσεν αὐτοῖς τέσσαρες καὶ δέκα, κούρους ἑπτὰ, καὶ κόρας τὰς ἴσας, χωρὶς ὅπλων πέμπειν τῷ Μινωταύρῳ βορὰν. *Cum autem neque hoc prodeſſet quicquam, oraculum conſulunt, quomodo liberari poſſent, ac reſpondet ipſis deus, ut Minoi pœnas darent, quas is exacturus eſſet. Mittunt itaque ad Minoëm, & exigere pœnas jubent. atque ille quatuordecim ſibi pueros, ſeptem mares, fœminas totidem, dari petit: & ſine armis eſcam Minotauro mitti.* Pauſanias, in Atticis. Μίνως δὲ, ναυσὶν ἐς Ἀθήνας πλεύσας, οὐ γὰρ ἐπείθετο, ἀναιτίους εἶναι σφᾶς τῆς Ἀδρόγεω τελευτῆς, ἐς τοσοῦτον ἐκάκωσεν, ἐς ὃ συνεχωρήθη οἱ παρθένους ἐς Κρήτην ἑπτὰ, καὶ παῖδας ἴσους, ἄγειν τῷ λεγομένῳ Μινωταύρῳ. *Minos autem, cum haud perſuaderi poſſet, culpa interfecti Androgei vacare Athenienſes, infeſtam in eos claſſem ducit, ac divexat, quoad ipſi promiſiſſent puellas ſeptem, totidemq; item pueros, Minotauro in Cretam abducere.* Catullus, De Nuptiis Pelei.

Nam perhibent, olim, crudeli peſte coactam
Androgeoneæ pœnas exſolvere cædis,
Electos juvenes, ſimul & decus innuptarum,
Cecropiam ſolitam eſſe dapem dare Minotauro.

Videndus quoque Theodoretus, Therapeut. lib. x: & Chryſoſtomus, in Epiſt. Pauli ad Titum, cap. II. Hom. v. Fuſius à Diodoro Siculo hæc memorantur, in hunc modum, libro citato. Μίνως δὲ, πυθόμενος τὴν κατὰ τὸν υἱὸν συμφορὰν, ἧκεν εἰς τὰς Ἀθήνας, δίκας αἰτῶν τοῦ Ἀνδρόγεω φόνου. οὐδενὸς δὲ αὐτῷ προσέχοντος, πρὸς μὲν Ἀθηναίους συνεστήσατο πόλεμον· ἀρὰς δὲ ἐποιήσατο τῷ Διῒ, γενέσθαι κατὰ τὴν πόλιν τῶν Ἀθηναίων αὐχμὸν, καὶ λιμόν. ταχὺ δὲ περὶ τὴν Ἀττικὴν, καὶ τὴν ἑλ-

λάδα,

λάδα, γενομένων αὐχμῶν, καὶ φθαρέντων τῶν καρπῶν, συνελθόντες εἰ τῶν πόλεων ἡγεμόνες, ἐπηρώτησαν τὸν θεὸν, πῶς ἂν δύνωνται τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆναι. ὁ δ' ἔχρησεν, ἐλθεῖν αὐτοὺς πρὸς Αἰακὸν, τὸν Διὸς καὶ Αἰγίνης, τῆς Ἀσώπου θυγατρός· καὶ κελεύειν, ὑπὲρ αὐτῶν εὐχὰς ποιήσασθαι. ὧν πραξάντων τὸ προσταχθὲν, ὁ μὲν Αἰακὸς ἐπετέλεσε τὰς εὐχὰς, καὶ ὁ μὲν αὐχμὸς παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἐπαύσατο, παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις μόνοις διέμεινεν. οὗ δὴ χάριν ἠναγκάσθησαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν θεὸν ἐπερωτῆσαι περὶ τῆς τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆς. εἶθ' ὁ μὲν θεὸς ἔχρησεν, ἐὰν τοῦ Ἀνδρόγεω φόνου τῷ Μίνωι δίκας δῶσιν, ἃς ἂν ἐκεῖνος δικάζῃ. ὑπακουσάντων δὲ τῷ θεῷ τῶν Ἀθηναίων, προσέταξεν αὐτοῖς ὁ Μίνως, διδόναι κούρους ἑπτὰ, καὶ τὰς ἴσας κόρας, διὲ τῶν ἑπτὰ, βορὰν τῷ Μινωταύρῳ, εἰς ὅσον ἂν χρόνον ζῇ τὸ τέρας. δόντων δ' αὐτῶν, ἀπηλλάγησαν τῶν κακῶν οἱ κατὰ τὴν Ἀττικὴν, καὶ ὁ Μίνως πολεμῶν ἐπαύσατο τὰς Ἀθήνας. *Minos vero, cognito filii casu, Athenas venit, ad exigendã de Androgei cæde pœnã. sed, cum nihil impetraret, bello Atheniẽsibus indicto, Iovem precatur, ut immittat siccitatem, atque famem, civitati Atheniensium. Neque moram, statim Atticam, Græciamque universam, siccitas, corruptis frugibus, infestabat. qua de causa postquam principes civitatum convenissent, deum rogant, quonam pacto liberari malis possent. ille vero, Æacum adire iubet, Iovis & Æginæ filium, Asopi nepotem; atque eum convenire, uti pro salute omnium vota faceret. qui mandata cum fecissent, perfecit quidem vota Æacus, siccitasque apud cæteros Græcos desiit, sed Athenienses tamen porro etiam premebantur. itaque, cum deum ipsi sciscitari cogerentur, quanam posſent ratione malis istis liberari, responsum accipiunt, dandas esse, pro Androgeo interfecto, Minoi pœnas, quas is exacturus foret. cumque deo morem Athenienses gererent, iussit ipsos Minos dare pueros septem, ac puellas item totidem, idque septimo quoque anno, escam Minotauro, quàm diu victurum*

id mon-

id monstrum esset. quibus datis, liberata malis Attica universa, & à bello Minos destitit. Vbi observa; id tributum Atheniensibus à Minoe in septimum quemq; annum impositum: ac, quam diu Minotaurus supercesset. Et de septimo quidem anno, clare indicat idem iterum, in sequentibus statim verbis. Διελθόντων ἑπτὰ τῶν ἐτῶν, πάλιν ὁ Μίνως ἦλθεν εἰς τὴν Ἀττικὴν μετὰ μεγάλου στόλου, καὶ τοὺς δὶς ἑπτὰ κούρους ἀπαιτήσας, ἔλαβε. *Elapsis vero septem annis, rediit in Atticam Minos cum magna classe & petitos pueros bis septem accepit.* Apollodorus, singulis annis dari debuisse tradit Καὶ τὸν Λαβύρινθον κατεσκεύασεν, εἰς ὃν κατ᾽ ἔτος Ἀθηναῖοι κούρους ἑπτὰ, καὶ κόρας τὰς ἴσας, τῷ Μινωταύρῳ βορὰν ἔπεμπον. *Ac Labyrinthum construxit, ad quem quotannis Athenienses pueros septem, ac totidem puellas, escam Minotauro mittebant.*. Virgilius, Æneid. VI

In foribus lethum Androgeo; tum pendere pœnas
Cecropidæ jussi, miserum, septena quotannis
Corpora natorum: stat ductis sortibus urna.

Vbi Servius. *Androgeus, cum esset athleta fortissimus, & superaret in agonibus cunctos, apud Athenas ab Atheniensibus, & vicinis Megarensibus conjuratis, occisus est. Quod Minos dolens, collectis manibus bella commovit: &, victis Atheniensibus, hanc pœnam imposuit, ut singulis quibusque annis septem de filiis suis edendos Minotauro mitterent.* Quę transscripsit totidem verbis Lutatius, ad Achil. lib. I. Plutarchus vero, nono quoque anno factum esse refert, in Vita Thesei, ubi de hoc bello agit. Ἐποιήσαντο συνθήκας, ὥστε πέμπειν δι᾽ ἐννέα ἐτῶν δασμὸν, ἠϊθέους ἑπτὰ, καὶ παρθένους τοσαύτας. *Fœdus fecerunt, ut mitterent tributum nono quoque anno septem pueros, totidemque item virgines.* Et confirmat idem Ovidius, Metamorph. lib. VIII.

Quo

Quo postquam geminam tauri juvenisque figuram
Clausit, & Actæo bis pastum sanguine monstrum,
Tertia sors annis domuit repetita novenis.

En Auctorum hîc diffidium, quod obscuram nobis veritatem facit: in quo id consensu tamen plurimorum affirmatur, cùm pendendum tertium tributum foret, liberatam eo malo Vrbem esse, insigni Thesei beneficio. Ovidius, in citatis verbis.

Tertia sors annis domuit repetita novenis.

Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἧκον ἐκ Κρήτης, τὸ τρίτον οἱ τὸν δασμὸν ἀπάξοντες. *Paullo post venêre ex Creta, qui tertium tributum accepturi erant.* Et postea. Ἐπεὶ δ᾽ οὖν καθῆκεν ὁ χρόνος τοῦ τρίτου δασμοῦ, καὶ παρέχειν ἔδει τοὺς πατέρας ἐπὶ τὸν κλῆρον, οἷς ἦσαν ἤϊθεοι παῖδες, αὖθις ἀνεφύοντο τῷ Αἰγεῖ διαβολαί. *Vt ergo tempus tertii tributi adfuit, & exhibere in sortem oportuit patres, quibus liberi impuberes essent, exortæ rursum calumniæ in Ægeum.* Servius, loco citato. *Sed tertio anno Ægei filius Theseus missus est, potens tam virtute, quam forma.* Iisdem verbis & Lutatius. Sed dissentit etiam hic Diodorus: ac, tributo semel tantum persoluto, cum pendendum iterum foret, tum à Theseo liberatam Vrbem esse. Διελθόντων δὲ ἐτῶν ἑπτὰ, (nam septimo quoque anno id pendendum dixerat.) Πάλιν ὁ Μίνως ἦλθεν εἰς τὴν Ἀττικὴν μετὰ μεγάλου στόλου, καὶ τοὺς δὶς ἑπτὰ κούρους ἀπαιτήσας, ἔλαβε. μελλόντων δ᾽ ἐκπλεῖν τῶν περὶ Θησέα, &c. *Elapsis jam annis septem, iterum Minos magnam classem adducit, & petitos pueros bis septem accepit. Theseo vero unà cum suis abituro,* &c. Denique, in ea quoque Historiæ hujus parte Auctores inter sese non conveniunt; quod nonnulli, sorte lectos, & Minoi missos dicant: alii rursum, ipsum hos Minoem Athenas postulatum accessisse. Plutarch. Ἑλλάνικος δὲ φησὶν, οὐ τοὺς λαχόντας ἀπὸ κλήρου, καὶ τὰς λα-

χοῦζας, ἐκπέμπειν τὴν πόλιν, αὐτὸν δὲ τὸν Μίνω παραγινόμενον ἐκλέγεσθαι. *Hellanicus refert, non ſorte ductos pueros, puellaſve, miſiſſe civitatem, ſed Minoem, illuc profectum, elegiſſe.* Ac Minoem quidem Athenas veniſſe, atque ipſum petiiſſe, tradit item Diodorus, in citatis ſtatim verbis. Contra, qui ſorte miſſos dicerent, hos ſecutus eſt Virgilius, iſtis verbis, jam citatis.

——ſtat ductis ſortibus urna.

Et Ovidius.

Tertia ſors annis domuit repetita novenis.

Quomodo autem id tributum mox à Theſeo ſublatū, per quod bellum hoc compoſitum, explico in Vita Theſei, quam ſeorſim elucubravi.

CAP. III.

Lycum fratrem Vrbe ejicit: & à Pallantis fratris filiis bello petitur. Tum & Peteum expellit: & tribunal item ſtatuit, ἐπὶ Δελφινίῳ dictum: ubi etiam habitavit. Mercurius, ad Ægei portam *appellatus. Taurum Marathonium, à Theſeo ſuperatum, & in Vrbem adductum, Apollini mactat: quanquam alii ſint auctores, id à Theſeo factum eſſe.*

DUrante autem eo bello, ut videtur, Lycum fratrem urbe ejecit, ne cum hoſte clam conſilia agitaret. Pauſanias, in Meſſeniacis. Ἀφίκετο δὲ ἐς τὴν Ἀρήνην καὶ Λύκος ὁ Πανδίονος, ὅτε καὶ αὐτὸς τὸν ἀδελφὸν Αἰγέα ἐξ Ἀθηνῶν ἔφυγε. *Venit autem Arenen etiam Lycus, Pandionis filius, quo tempore & ipſe, Ægei fratris ſui metu, Athenis profugit.* Herodotus, lib. I. Ἐξ Ἀθηναίων Λύκος ὁ Πανδίονος, ἐξελαθεὶς καὶ οὗτος ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Αἰγέως, ἀπίκετο εἰς τοὺς Τερμίλας παρὰ Σαρπηδόνα. *Lycus, Pandionis filius, Athenis & ipſe*

ipse à fratre Ægeo ejectus, Termitas venit, ad Sarpedonem. Meminitque ejecti Lyci, etsi non ab Ægeo id factum dicat, etiam Eustathius, ad Iliad. lib. II. Nisi quispiam, quod est magis vero simile, factum putet, cum Pallantidæ, post adventum Thesei in Vrbem, indignati, eo regni successore declarato, se spe tanta decidisse, bellum ei intulerunt. Hic Pallantidarum motus memoratur à Plutarcho, in Vita Thesei. οἱ δὲ Παλλαντίδαι, πρότερον μὲν ἤλπιζον αὐτοὶ τὴν βασιλείαν καθέξειν, Αἰγέως ἀτέκνου τελευτήσαντος. ἐπεὶ δὲ Θησεὺς ἀπεδείχθη διάδοχος, χαλεπῶς φέροντες, εἰ βασιλεύει μὲν Αἰγεὺς, θετὸς γενόμενος Πανδίονι, καὶ μηδὲν Ἐρεχθείδαις προσήκων, βασιλεύσει δὲ ὁ Θησεὺς πάλιν ἔπηλυς ὢν, καὶ ξένος, εἰς πόλεμον καθίσταντο. *Pallantidæ vero, antea quidem sperabant, quando Ægeus sine liberis discessit, regnum sibi obventurum; verum, Theseo successore declarato, ægre admodum ferentes, Ægeum tenere regnum, à Pandione adoptatum, neque quicquam Erechtheidas contingentem; ac deinceps regnaturum quoque Theseum, advenam, & peregrinum, bellum moverunt.* Meminitque hujus belli & Euripidis Scoliastes, ad Hippolytum: ac nos pluribus seorsim, in Vita Thesei, explicamus. Ejecit vero item Peteum, Ornei filium. Pausanias, in Phocicis. οἱ δὲ ἐνταῦθα φασὶν οὐ Φωκεῖς, Ἀθηναῖοι δὲ εἶναι τὸ ἀνέκαθεν, καὶ ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὁμοῦ Πετεῷ τῷ Ὀρνέως ἀφικέσθαι, διωχθέντι ὑπὸ Αἰγέως ἐξ Ἀθηνῶν. *Qui eos incolunt fines, non Phocenses sese esse, sed Athenienses, dicunt: & cum Petei, Ornei filio, ab Ægeo Athenis ejecto, huc venisse.* Etiam tribunal statuit, ἐπὶ Δελφινίῳ dictum. Pollux, lib. VIII. cap. X, τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ (δικαστήριον) ἱδρύθη ὑπὸ τοῦ Αἰγέως. *Quod in Delphinio (tribunal) constitutum est ab Ægeo.* Nempe illic habitabat; unde & Mercurii signum, ante templi, quod hic erat, partem orientalem positum, Ἑρμῆς ἐπ' Αἰγέως

 πύλαις,

πύλαις, Mercurius ad Ægei portam, dicebatur: effusum illic poculum cum veneno, quod Medeæ suasu Ægeus Theseo advenæ propinaverat. Plutarchus, in Vitâ Thesei. Λέγεται δὲ, τῆς κύλικος πεσούσης, ἐκχυθῆναι τὸ φάρμακον, ὅπου νῦν ἐν Δελφινίῳ τὸ περίφρακτόν ἐστιν. ἐνταῦθα γὰρ ὁ Αἰγεὺς ᾤκει. καὶ τὸν Ἑρμῆν, τὸν πρὸς ἕω τοῦ ἱεροῦ, καλοῦσιν ἐπ' Αἰγέως πύλαις. *Fertur vero, lapso calice, effusum fuisse venenum, ubi nunc in Delphinio septum exstat. ibi enim Ægeus habitabat: & Mercurium, qui ad fani orientem est, nuncupant*, AD ÆGEI PORTAM. Taurum quoque Marathonium, cum in potestatem Theseus redegisset, Apollini immolavit. Diodorus Siculus, l. IV Μετὰ δὲ ταῦτα (ὁ Θησεὺς) τὸν ἐν Μαραθῶνι ταῦρον, ὃν Ἡρακλῆς τελῶν ἆθλον, ἐκ Κρήτης ἀπήγαγεν εἰς Πελοπόννησον, συμπλακεὶς, καὶ κρατήσας τοῦ ζώου, κατήγαγεν εἰς τὰς Ἀθήνας. τοῦτον δ' Αἰγεὺς παραλαβὼν, ἔθυσεν Ἀπόλλωνι. *Post hæc (Theseus) taurum Marathonium, quem Hercules peculiari quondam certamine è Creta in Peloponnesum transtulerat, congressus superavit: ac reductam in potestatem feram Athenas perduxit. Ægeus vero, eam acceptam Apollini immolavit.* Quanquam id à Theseo victore factum Plutarchus dicat, in ejus Vitâ. Ὁ δὲ Θησεὺς, ἐνεργὸς εἶναι βουλόμενος, ἅμα δὲ καὶ δημαγωγῶν, ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, οὐκ ὀλίγα πράγματα τοῖς οἰκοῦσι τὴν τετράπολιν παρέχοντα, καὶ χειρωσάμενος, ἐπεδείξατο ζῶντα, διὰ τοῦ ἄστεος ἐλάσας· εἶτα τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δελφινίῳ κατέθυσεν. *Theseus autem, in opere aliquo esse cupiens, gratiamque populi captans, egressus est contra Marathonium taurum, non parum negotii facessentem iis omnibus, qui Tetrapolin habitabant; eumque superatum, vivum exhibuit, per Urbem agitans: inde etiam Delphinio Apollini immolavit.*

Cap. IV.

Quàm diu regnaverit. Quo modo, & qua de causa, interierit. Ægæo mari nomen dedit. Monumentum ejus heroicum, & oraculum; tum delubrum, atque sacra, à filio Theseo instituta: & sacerdotes, è Phytalidis. Tribus, ab eo Ægeïs dicta: & qui populi sub ista. Vxores, variæ; Melita sive Meta, Hopletis, Chalciope, Rhexenoris filia. Æthra item, & Medea. Quibus additur à nonnullis, Autochtha, Persei filia. Filii, ex Æthra, Theseus; ex Medea autem, Medus: à quo Mediam appellatam, qui blandiri Atheniensibus cupiebant, confinxere. Alius etiam, Achæmenes, sed matre incerta. Filia etiam, Ambracia: itidem incerta matre.

VIta excessit anno regni XLVIII. Eusebius. Α'θηναίων ἐβασίλευσεν ἔννατος Αἰγεὺς ἔτη τεσσαράκοντα ὀκτώ. Hieronymus. *Atheniensibus regnavit nonus Ægeus, Pandionis filius, annos* XLVIII. Ac consentiunt Marianus, & Vincentius Bellovacensis. Mortis autem modum, atque causam, ita tradunt. Cum in Cretam, ad occidendum Minotaurum, & Athenas à tributo adeo tristi liberandas, Theseus iret, nigro velo uti solitis, in lugubris ejus rei testimonium, album Ægeus tunc addebat; cum mandato, uti Theseus, si victoriam, cujus spem certissimam fecerat, reportaret, id in reditu expanderet: quo indicio rem feliciter gestam sciret. id quandoquidem neglectum, ob mœrorem raptæ à Baccho Ariadnæ, Ægeus, velum nigrum videns, cum devictum Theseum à Minotauro, & occisum, existimaret, nimio dolore animi, se præcipitem ex arce, in quam speculatum adscenderat,

in subiectum mare dejicit. Diodorus Siculus, lib. IV. Μελλόντων δὲ ἐκπλεῖν τῶν περὶ τὸν Θησέα, ὁ Αἰγεὺς συνέθετο πρὸς τὸν κυβερνήτην, καὶ προσέταξεν αὐτῷ, ἐὰν μὲν ὁ Θησεὺς νικήσῃ τὸν Μινώταυρον, καταπλεῖν αὐτοὺς λευκοῖς ἱστίοις· ἐὰν δὲ ἀπόληται, μέλασι, καθάπερ καὶ πρότερον ποιεῖν εἰώθεσαν. Et paullo post. Τοὺς δὲ περὶ τὸν Θησέα φασὶ, διὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς κόρης, (τῆς Ἀριάδνης,) δυσφοροῦντας ἰσχυρῶς, καὶ διὰ τὴν λύπην ἐπιλαθομένους τῆς Αἰγέως παραγγελίας, τοῖς μέλασιν ἱστίοις καταπλεῖν εἰς τὴν Ἀττικήν. Αἰγέα δὲ, θεασάμενον τὸν καταπλοῦν, καὶ δόξαντα τεθνηκέναι τὸν υἱὸν, ἡρωϊκὴν ἅμα πρᾶξιν, καὶ συμφορὰν, ἐπιτελέσασθαι. ἀναβάντα γὰρ εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς λύπης, προσκόψαντα τῷ ζῆν, ἑαυτὸν κατακρημνίσαι. *Theseo vero tum una cum suis abituro, Ægeus cum his mandatis gubernatorem dimisit, ut, si Theseus Minotaurum vicisset, velis albis; si vero succubuisset, nigris, sicut antea factum, uteretur.* Et mox. *Theseum vero, quique cum illo erant, ajunt, ægre admodum ferentes puellæ (Ariadnæ) raptum, Ægei mandatorum oblitos, velis nigris in Atticam reversos esse. Ægeum vero, id videntem, atque filium periisse existimantem, heroicum simul & calamitosum facinus edidisse. etenim, conscensa arce, cum, mæroris impotentia, vitam sibi acerbam duceret, se præcipitem dejecisse.* Pausanias in Atticis. Ἀνήγετο μὲν γὰρ ἡ ναῦς μέλασιν ἱστίοις, ἡ τοὺς παῖδας φέρουσα ἐς Κρήτην. Θησεὺς δὲ, ἔπλει γὰρ τόλμης τι ἔχων, ἐς τὸν Μίνω καλούμενον ταῦρον, πρὸς τὸν πατέρα εἶπε, χρήσεσθαι τοῖς ἱστίοις λευκοῖς, ἢν ὀπίσω πλέῃ τοῦ ταύρου κρατήσας. Τούτων λήθην ἔσχεν, Ἀριάδνην ἀφῃρημένος. ἐνταῦθα Αἰγεὺς, ὡς εἶδεν, ἱστίοις μέλασι τὴν ναῦν κομιζομένην, οἷα τὸν παῖδα τεθνάναι δοκῶν, ἀφεὶς αὐτὸν, διαφθείρεται. *Navis quidem, qua in Cretam pueri deportabantur, nigris velis ferebatur, Theseus vero, cum fiducia nonnulla ad Minotaurum, quem vocabant, proficiscens, Patri dixit, albis se usurum velis, postquam taurum superasset. quod cum ipse oblitus esset,*

esset, ob ereptam Ariadnen, Ægeus, nigra vela videns, & occisum filium putans, se præcipitem dejiciens, vitam finit. Plutarchus ait; non mærore, propter raptam Ariadnen, sed lætitia, ob victoriam, Ægei mandatorum oblitos. Πρότερον μὲν οὖν, οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπέκειτο· διὸ καὶ μέλαν ἱστίον ἔχουσαν, ὡς ἐπὶ συμφορᾷ προδήλῳ, τὴν ναῦν ἔπεμπον. τότε δὲ τοῦ Θησέως τὸν πατέρα θαρρύνοντος, καὶ μεγαληγοροῦντος, ὡς χειρώσεται τὸν Μινώταυρον, ἔδωκεν ἕτερον ἱστίον λευκὸν τῷ κυβερνήτῃ· κελεύσας, ὑποστρέφοντα σωζομένου τοῦ Θησέως, ἐπάρασθαι τὸ λευκόν· εἰ δὲ μή, τῷ μέλανι πλεῖν, καὶ ἀποσημαίνειν τὸ πάθος. Et postea Τῇ δὲ Ἀττικῇ προσφερομένων, ἐκλαθέσθαι μὲν αὐτόν, ἐκλαθέσθαι δὲ τὸν κυβερνήτην, ὑπὸ χαρᾶς, ἐπάρασθαι τὸ λευκὸν ἱστίον, ᾧ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἔδει γνώριμον τῷ Αἰγεῖ γενέσθαι. τὸν δὲ, ἀπογνόντα, ῥίψαι κατὰ τῆς πέτρας ἑαυτόν, καὶ διαφθαρῆναι. *Antea quidem, nulla spes salutis erat: itaque mittebant navem, velum nigrum habentem, ceu pernicies certa foret. at tunc, cum parentem Theseus confirmaret, & expugnaturum sese Minotaurum jactitaret, alterum gubernatori velum album Ægeus addit; præcipitque, si rediret, salvo Theseo, uti eo uteretur: quod si contra eveniret, nigrum expandens, cladis signum exhiberet:* Ac deinde. *At, jam Atticæ propinqui, cum oblitus esset Theseus, esset etiam gubernator, præ lætitia, velum expandere, quod salutis suæ signum Ægeo esse debuisset, animum despondens Ægeus, se de rupe dat præcipitem, interitque.* Aliter rursum narrat Suidas. Θησεύς, ὁ Αἰγέως υἱός, βασιλέως τῆς Ἀττικῆς, βασιλεύει Κρητῶν, καὶ διώκει τὸν Μινώταυρον ἐκ τῆς Λαβυρίνθου χώρας, καὶ κρυπτόμενον αὐτὸν ἐν σπηλαίῳ ἀνεῖλε, καὶ λαμβάνει τὴν Ἀριάδνην γυναῖκα, τὴν ἀπὸ τοῦ Μίνωος τεχθεῖσαν Πασιφάῃ: καὶ οὕτω κρατεῖ τῆς Κρήτης. εἶτα ᾔτησεν ἀπελθεῖν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα τὸν Αἰγέα, καὶ τὴν ἑαυτοῦ νίκην κατὰ τοῦ Μινωταύρου ἀπαγγεῖλαι. ὡς οὖν ἔπλει ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν χώραν, προλαβών τις τῶν διὰ θαλάσσης πορευομένων,

ἐψεύ-

ἐψεύσατο τὸν τούτου πατέρα, εἰρηκὼς αὐτῷ, ὅτι παρέβησαν οἱ Κρῆτες τὸν Θησέα. ἔχουσι γὰρ καὶ ψευδομένων ὑπολήψεις. καὶ προδεδώκασι τῷ Μίνωϊ τοῦτον εἰς θυσίαν. πιστεύσας δὲ ὁ Αἰγεὺς, καὶ καταλιγωρήσας, ἔρριψεν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ἀκρωρείας εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπεπνίγη. διόπερ ἐκεῖνο τὸ πέλαγος, μέχρι τῆς σήμερον, Αἰγαῖον ἐκλήθη. *Thesеus, filius Ægei, regis Atticæ, Cretensium regno potitus est; & Minotaurum ex Labyrinthi regione expulit, eumque in spelunca latentem interfecit. Et uxorem duxit Ariadnam, Minois, & Pasiphaæ, filiam: atque sic potitus est Creta. Deinde voluit redire ad patrem Ægeum, atque huic victoriam de Minotauro nuntiare. Itaque cum Atticam peteret, quidam, eorum qui per mare iter habebant, antevertens, falso patri ejus retulit, per vim sublatum à Cretensibus esse Theseum, (ut mendaces illi vulgo existimantur,) ac Minoi proditum ad immolandum. Quod cum Ægeus verum crederet, non vivendum sibi ultra arbitratus, seipsum de promontorio in mare dejecit, atque suffocatus periit. qua de causa, in hodiernum usque diem, mare id Aegeum dictum est.* Videndus quoque, Cedrenus: & Servius, ad Æneid. lib. III. Alii, non album ab Ægeo velum datum, quod victorię signum esset, sed puniceum, commemorant. Plutarchus, in Vitâ Thesei. ὁ δὲ Σιμωνίδης, οὐ λευκὸν φησὶν εἶναι τὸ δοθὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, ἀλλὰ φοινίκεον ἱστίον, ὑγρῷ πεφυρμένον πρίνου ἄνθει. ἐριθάλλου. καὶ τοῦτο τῆς σωτηρίας αὐτῶν ποιήσασθαι σημεῖον. *Simonides vero, negat datum velum candidum ab Aegeo, sed punicum, ilicis eximie virescentis flore liquido tinctum: atque id salutis signum voluisse.* De fallaci autem velo, & decepto per hoc Ægeo, sunt Lucani isti versus, lib. II.

Vrbs est, Dictæis olim possessa colonis:
Quos Cretâ profugos vexere per æquora puppes
Cecropiæ, victum mentitis Thesea velis.

Desi-

Desiliisse autem in mare Ægeus fertur, ad vestibuli arcis dextram, juxta sacellum Victoriæ alis carentis. Pausanias, in Atticis, in descriptione arcis. Τῶν δὲ προπυλαίων ἐν δεξιᾷ, Νίκης ἐστὶν ἀπτέρου ναός. ἐντεῦθεν ἡ θάλασσά ἐστι σύνοπτος· καὶ ταύτῃ ῥίψας Αἰγεὺς ἑαυτὸν, ὡς λέγουσιν, ἐτελεύτησεν. *Ad vestibuli dexteram, Victoriæ alis carentis sacellum est. Hinc in mare est prospectus: atque hic præcipitasse sese Ægeus memoratur.* Atque, ex hoc Ægei facto, mare id deinde Ægæum appellatum est. Suidas, in citatis verbis Διόπερ ἐκεῖνο τὸ πέλαγος, μέχρι τῆς σήμερον, Αἰγαῖον ἐκλήθη. *Qua de causa, in hodiernum usque diem, mare id Ægeum dictum est.* Etymologici Auctor. Καὶ τὸ πέλαγος Αἰγαῖον ἐκλήθη, ἀπ' Αἰγέως, τοῦ πατρὸς Θησέως, κατακρημνίσαντος ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως εἰς τὴν θάλασσαν. *Et mare Aegæum appellatum est ab Aegeo, Thesei patre, qui ab arce se in mare præcipitavit.* Ac respexit huc Lactantius, lib. I. cap. XI. *Sic maria eorum traxisse nomina accepimus, qui deciderant in ea: ut Aegæum, Icarium, Hellesponticum.* Meminit etiam Cedrenus: item Servius, ad Æneid lib. III. Post mortem, tumulum ei heroicum exstruxere Athenienses: ubi oracula quoque reddidit. Harpocration. Αἰγεῖον, τοῦ Αἰγέως μαντεῖον. Δείναρχος, ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου. καὶ Αἰγέως ἡρῷον, ἐν Ἀθήναις. *Aegeum, Aegei oraculum. Meminit ejus Dinarchus, in Oratione Adversus Polyeuctum. Item Aegei monumentum heroicum, quod erat Athenis.* Quæ totidem pæne verbis Suidas, in Αἰγεῖον. Ac heroici monumenti, etiam Pausanias meminit, in Atticis. Αἰγεὺς, ὡς εἶδεν ἱστίοις μέλασι, τὴν ναῦν κομιζομένην, οἷα τὸν παῖδα τεθνάναι δοκῶν, ἀφεὶς αὑτὸν, διαφθείρεται. καὶ οἱ παρὰ Ἀθηναίοις ἐστὶ καλούμενον ἡρῷον Αἰγέως. *Aegeus, ut vidit velis nigris navem advehi, quod sic interpretabatur, tanquam periisset filius, se præcipitans, vitam finit. Estque ei monumentum apud Athenienses*

 structum,

structum, quod heroum Aegei vocant. Delubrum quoque ei à Theseo est erectum: qui & illis familiis, quæ tributum impenderant, quod jam liberatæ essent, imperavit, ut ad sacra facienda sumptus darent: ac constituit sacerdotes è Phytalidis. Vide Theseum nostrum, extremo cap. VII. Hoc honori ejus etiam datum fuit, uti tribus quædam Ægeis de ipsius nomine appellaretur. Harpocration. Αἰγηῒς φυλὴ, ὠνομάσθη ἀπὸ Αἰγέως, τοῦ Πανδίονος. *Aegeis tribus, nuncupata est ab Aegeo, Pandionis filio.* Suidas. Ἔστι δὲ Αἰγηῒς φυλὴ, ἀπὸ Αἰγέως, τοῦ Πανδίονος. *Est vero Aegeis tribus ab Aegeo, Pandionis filio* Et occurrit ejus mentio sæpe apud Oratores. Populi vero sub ea isti censebantur: Ἀγρυλῆ, Βατῆ, Γαργηττὸς, Διομεία, Ἐρεχθεία, Ἑρικεία, Ἐρχεία, Ἰκαρία, Ἰωνίδαι, Κυδαντίδαι, Πλωθεία, Τίθρας, Φηγαιά, Φιλαΐδαι, Χολλίδαι: ut ostendo in libro meo, De populis Atticæ. Vxores autem, habuisse plures traditur. Athenæus, lib. XIII Πολυγύναιος δ' ἐγένετο καὶ Αἰγεύς. πρῶτον μὲν γὰρ, ἔγημε τὴν Ὁπλήτος θυγατέρα· μεθ' ἣν, τὴν Χαλκώδοντος μίαν. παραδοὺς δ' ἀμφοτέρας φίλοις, συνῆν πολλαῖς, χωρὶς γάμων. ἔπειτα τὴν Πιτθέως ἔλαβεν Αἴθραν. μεθ' ἣν, Μήδειαν. *Habuit & uxores multas Aegeus. ac primò quidem, filiam Hopletis duxit: post hanc, unam Chalcodontis filiarum. quas amicis cum habendas tradidisset, rem cum multis aliis habuit, extra nuptias. inde Aethram, Pitthei filiam, sibi adscivit: rursum post illam, Medeam.* Eustathius, ad Iliad ω. Πολυγύναιος παραδέδοται καὶ ὁ παλαιὸς Αἰγεὺς τήν τε τοῦ Ὁπλήτος θυγατέρα σχὼν, καὶ τῶν τοῦ Χαλκώδοντος, γαμουνόμως. πολλαῖς δὲ καὶ ἄλλαις χωρὶς γάμων συνῆν. Αἴθραν τε γὰρ μετ' αὐτὰς ἔλαβεν, εἶτα Μήδειαν. *Multas quoque uxores habuisse proditur antiquus Aegeus; nempe filiam Hopletis, uti etiam Chalcodontis: idque lege matrimonii, sed consuevit & cum aliis, extra nuptias: nam post illas Aethram sumpsit, & Medeam.*

Medeam. Scholiastes Euripidis, ad Medeam, duas has priores nominat, quarum nomina reticentur Athenæo; ac Hopletis quidem filiam, Melitam dicit appellatam: Chalcodontis vero, Chalciopen: tum &, Æthra prætermissa, tertiam Medeam ponit. Πρώτην (ὁ Αἰγεὺς) ἔσχε Μελίτην, τὴν Ὁπλήτου· δευτέραν Χαλκιόπην, τὴν Χαλκώδοντος· τρίτην, τὴν Μήδειαν. *Primam (Ægeus) habuit Melitam, Hopletis filiam; alteram vero Chalciopem, Chalcodontis: tertiam autem, Medeam.* Apollodorus, primam Hopletis, Metam appellatam tradit: alteram, Chalciopen quidem item nominat, sed Rhexenorem ei patrem tribuit, non Chalcodontem. Γαμεῖ δὲ (ὁ Αἰγεὺς) πρῶτον μὲν, Μήταν, τὴν Ὁπλήτου· δευτέραν δὲ, Χαλκιόπην, τὴν Ῥηξήνορος. *Ac ducit (Ægeus) primam uxorem, Metam, Hopletis filiam: at secundam, Chalciopen, Rhexenoris.* Eodem modo Isacius Tzetzes, ad Lycophronem: qui his tertiam addit, Autochthen, Persei filiam. Αἰγεὺς, ὁ Πανδίονος υἱὸς, βασιλεύων Ἀθηναίων, γαμεῖ πρῶτον Μήταν, τὴν Ὁπλήτου· δεύτερον Χαλκιόπην, τὴν Ῥηξήνορος. ὡς δὲ ἀλλαχοῦ εὗρον, μίαν ἔσχε γυναῖκα, Αὐτόχθην, τὴν Περσέως. *Ægeus, Pandionis filius, rex Athenarum, uxorem primum ducit Metam, Hopletis filiam: inde Chalciopen, Rhexenoris. ut autem alibi inveni, unam quoque uxorem habuit, Autochthen, Persei filiam.* Meminitque ejus item Ioannes Tzetzes; aitque, filias etiam ex ea suscepisse, quas non nominat. Ita enim scribit, Chil. v cap. xix.

Αἰγέως, καὶ Αὐτόχθης δὲ, γίνονται θυγατέρες.

Ex Ægeo vero, & Autochthâ, nascuntur filiæ.

Ex prioribus duabus, Meta nempe, & Chalciopa, liberos plane nullos sustulit: itaque Delphos ad oraculum est profectus, id de prole consulturus. Subjungit en Apollodorus, postquam duplex ejus istud matrimonium

memoravit. Ὡς δ᾽ οὐκ ἐγένετο παῖς αὐτῷ, δεδοικὼς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Πυθίαν ἦλθε, καὶ περὶ παίδων γονῆς ἐμαντεύετο. *Postquam autem nulla ipsi proles esset, metuens fratres, ad Pythiam abiit, hanc de liberis acquirendis consulturus.* Et, responso ab hoc accepto, dum in reditu apud Pittheum divertit, Æthram ibi, ejus filiam, ipso illi collocante, gravidam facit: moxque ipsi Theseus nascitur, regni hæres. Ipsa de se Æthra loquitur, apud Quintum Smyrnæum, lib. XIII.

——— οὕνεκα Πιτθεὺς
Γείνατο μ᾽ ἐν Τροιζῆνι· γάμω δ᾽ ἐδνώσατο δῖος
Αἰγεύς· ἐκ δ᾽ ἀρ᾽ ἐμοῖο κλυτὸς παῖς ἔπλετο Θησεύς.
——— *etenim Pittheus*
Genuit me Træzene; duxit vero uxorem divinus
Ægeus: & ex me natus est inclytus filius Theseus.

Et nos hoc supra, cap. I. rem hanc fuse pertractavimus. Tum & in hoc ipso itinere, item reditu, dum Corinthum urbem transit, illic in Medeam incidit: ubi eam, de Iasonis perfidia conquerentem, blandè Athenas invitat. quò & ipsa, post sublatum mox Creontem, atque filiam ejus Glaucen, liberosque, cùm venisset, uxor etiam adsciscitur: atque filium Medum parit. Priora illa, nempe invitationem, ut Athenas se reciperet, Euripides refert, in Tragœdia Medea: matrimonium, filiumque ex eo Medum, plures tradunt. Hyginus, Fab. XXVI. *Medea, Corintho exul, Athenas ad Ægeum, Pandionis filium, devenit in hospitium, eique nupsit. Ex eo natus est Medus.* Iustinus, lib. II. *Medea, propter adultam privigni ætatem, Colches cum Medo filio, ex Ægeo suscepto, concessit.* Meminere &, Diodorus Siculus, lib. IV; Seneca, Hippolyto: & Euripidis Scholiastes, ad Medeam. Quidam etiam tradiderunt, ab hoc Ægei ex Medea filio Medo appel-

appellatum esse Mediam: sed, confictum hoc ab illis, qui blandiri Atheniensibus cupiebant, scribit idem Diodorus, loco citato. Invenio etiam Achæmenem; sed incertum, è qua matre: à quo Achæmenia dicta, Persidis pars. Stephanus. Ἀχαιμενία, ἡ Περσικὴ μοῖρα. ἀπὸ Ἀχαιμένους, ὑιοῦ Αἰγέως. *Achæmenia, pars Persidis: ab Achæmene, filio Ægei.* Filia quoque ejus memoratur, Ambracia; itidem ex incerta matre: à qua nominata Ambracia, urbs Thesprotiæ. Idem Stephanus. Ἀμβρακία, πόλις Θεσπρωτίας ἀπὸ Ἀμβρακίας, τῆς Αἰγέως θυγατρός. *Ambracia, urbs Thesprotiæ: ab Ambracia, Ægei filia.* Successit autem ei Theseus: quem ex Æthra natum dixi. Hujus res Plutarchus refert, in majoribus Parallelis: ego vero ut regi Athenarum maximo aliquid item ipse conferrem, eas libro singulari pertractavi.

Cap. V.

Menestheus Theseo succedit: inter Helenæ procos. De ejus genere controversia. Diodori Siculi error. Chironis discipulus. Rei militaris peritia excellit: primusque ordinare aciem instituit. Alcidamantis error. Scylletium coloniam ducit: Elæam condit. In Troianos arma capit, cum cæteris Græcis, qui ad ipsum convenere. Quot naves ad id bellum instruxerit: atque unde oram solverit. Hygini locus emendatus. Cum heroibus equo Durio se includit. Rediens, in Melo insula diem obit. Troia quando capta fuerit: ac dissidium hic Auctorum. Quam diu regnaverit: & Auctores illic quoque dissidere, indicatum.

Depulso Theseo, ut seorsim in Vita ejus, libro à me singulari pertractata, indicavi, regnum occupat

Menestheus, Petei filius, ut consensu Auctores tradunt, Homerus. Iliad β'.

Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς.

His rursus præerat filius Petei Menestheus.

Iterum, Iliad μ'.

Τοὺς δ' ἰδὼν ῥίγησ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς.

Hos autem conspicatus horruit filius Petei Menestheus.

Aristoteles, si is auctor, in Heroum Epitaphiis.

Ταξίλοχος λαῶν, υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς.

Ordinator militum, filius Petei Menestheus.

Apollodorus, lib. III. ubi de Helenæ procis agit, ipsi quoque inter illos locum tribuit. Μέγης, Φυλέως. Ἀμφίλοχος, Ἀμφιαράου. Μενεσθεύς, Πετεῶ. *Meges, Philei filius; Amphilochus, Amphiarai: Menestheus, Petei.* Sed de genere, dissideri animadverto. Quidam enim, Ægyptium faciunt; alii, Atheniensem, ex Erechthei prosapia: quippe Petei patrem, Orneum; hujus autem, Erechtheum fuisse. Euseb. Ἀθηναίων ἐβασίλευεν ἑνδέκατος Μενεσθεὺς Πετεῶ, τοῦ Ὀρνέως, τοῦ Ἐρεχθέως. *Atheniensium undecimus rex fuit Menesttheus, Petei filius, Ornei nepos, Erechthei pronepos.* Pausanias, in Corinthiacis. Ἐκαλοῦντο δὲ ἀπὸ Ὀρνέως, τοῦ Ἐρεχθέως. τοῦ δὲ Ὀρνέως ἦν τοῦτου Πετεὼς, τοῦ δὲ Μενεσθεύς. *Dicebantur vero ab Orneo, Erechthei filio. Ornei vero hujus, erat Peteus: atque hujus, Menestheus.* Eustathius, ad Iliad. β'. Ἐρεχθέως, υἱοῦ Πανδίονος, γίνεται Κέκροψ, Ὀρνεὺς, Πάνδωρος, Μητίων. ὧν Ὀρνέως μὲν, Πετεὼς· οὗ Μενεσθεὺς, ὁ ῥηθησόμενος τῶν Ἀθηναίων βασιλεύς. *Erechtheo, Pandionis filio, nascitur Cecrops, Orneus, Pandorus, Metion: quorum Ornei quidem, Peteus; ejusque, Menestheus: rex Atheniensium, de quo dicetur.* Et Plutarchus in Theseo. Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ Μενεσθεὺς ὁ Πετεῶ, τοῦ Ὀρνέως, τοῦ Ἐρεχθέως, πρῶτος, ὥς φασιν, ἀνθρώπων ἐπιθέμενος τῷ δημα-

δημαγωγεῖν, καὶ πρὸς χάριν ὄχλῳ διαλέγεσθαι, τούς τε δυνατοὺς συνίστη, καὶ παρώξυνε. *Hoc tempore Menestheus, Petei filius, Ornei nepos, Erechthei pronepos, primus hominum, uti ferunt, auram popularem captare aggressus, ac blandiri multitudinem, potentiores concitavit, & exasperavit.* Sed Ægyptium facit Diodorus Siculus, lib. I. Γεγονέναι δὲ καὶ τῶν ἡγεμόνων τινὰς Αἰγυπτίους παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις. τὸν γὰρ Πετεῶν, τὸν πατέρα Μενεσθέως, τοῦ στρατεύσαντος εἰς Τροίαν, φανερῶς Αἰγύπτιον ὑπάρξαντα, τυχεῖν ὕστερον Ἀθήνησι πολιτείας τε καὶ βασιλείας. *Fuisse vero & principes nonnullos Ægyptios apud Athenienses. nam Peteum, Menesthei patrem, ejus qui adversus Troiam militavit, quem Ægyptium esse constat, Athenis civitate, & regno, potitum esse.* Quanquam quod potitum regno Peteum dicat, valde errat: neque enim hoc quisquam tradit. Commemoratur autem inter Chironis discipulos, à Xenophonte, in principio ipso libri De Venat. Ad regnum autem evectus fuit, operâ Tyndari filiorum, per absentiam capti apud Thesprotos Thesei. Pausanias, in Atticis: de captivitate ista Thesei agens. Τότε δὲ ἐχομένου Θησέως, στρατεύουσιν ἐς Ἄφιδναν οἱ Τυνδάρεω παῖδες, καὶ τήν τε Ἄφιδναν αἱροῦσι, καὶ Μενεσθέα ἐπὶ βασιλείᾳ κατήγαγον. *Cum itaque tunc detineretur Theseus, exercitum in Aphidnam ducunt Tyndari filii: &, Aphidna expugnata, Menestheum quoque in regno constituunt.* Peritia rei militaris præstitisse, aciemque instruxisse primus fertur: atque parem, aut de laude contendentem, præter Nestorem, neminem sane habuisse. Homerus, loco citato.

Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς.
Τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνήρ,
Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας·
Νέστωρ οἶος ἔριζεν, ὁ γὰρ προγενέστερος ἦεν.

His

His rursus præerat filius Petei Menestheus;
Cui inter mortales nemo similis erat,
In-ordinandis equitibus, & viris scutatis:
Nestor solus contendebat, quippe qui ætate major.

Quo respexit Xenophon, lib. De Venat. Μενεσθεὺς δὲ ἐκ τῆς ἐπιμελείας τῆς ἐκ τῶν κυνηγεσιῶν τοσοῦτον ὑπερέβαλε φιλοπονίᾳ, ὥστε ὁμολογεῖν τοὺς Ἑλλήνων πρώτους ὑστέρους εἶναι τὰ εἰς τὸν πόλεμον ἐκείνου, πλὴν Νέστορος. καὶ οὗτος οὐ προέχειν λέγεται, ἀλλ' ἐρίζειν. *Menestheus ex venationum studio tantum laborum tolerantia præstitit, ut Græcorum primi faterentur, eo se inferiores bellicis in rebus esse, excepto Nestore: & hic non excelluisse, verum contendisse, dicitur.* Ælianus, Tact. cap. I. Πρῶτος μὲν, ὧν ἴσμεν, δοκεῖ τὴν τακτικὴν θεωρίαν Ὅμηρος ἐπεγνωκέναι. θαυμάζειν δὲ τοὺς ἐπιστήμονας αὐτῆς, ὥσπερ Μενεσθέα. *Primus omnium, quos scimus, ordinandæ aciei peritiam habuisse Homerus videtur: ac mirari ejus gnaros, ut Menestheum.* Alcidamas. Orat. in Palamedem. Νέστωρ γὰρ, ὁ πρεσβύτατος ἡμῶν ἁπάντων, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς Πειρίθου γάμοις, μετὰ Λαπιθῶν ἐμαχέσατο Κενταύροις, ἐν φάλαγγι, καὶ ἐν τάξει. Μενεσθεὺς δὲ, πρῶτος λέγεται κοσμῆσαι τάξεις. καὶ λόχους, καὶ φάλαγγας συστῆσαι· ἡνίκα Εὔμολπος ὁ Ποσειδῶνος ἐπ' Ἀθήνας ἐστράτευσε, Θρᾷκας ἄγων. *Etenim Nestor, qui nos omnes ætate superat; etiam ipse, in Pirithoi nuptiis, cum Lapithis pugnavit adversus Centauros, phalange & acie ordinata. At Menestheus, primus dicitur ordines rectè collocasse; turmas item, ac phalanges, constituisse: cum Eumolpus, Neptuni filius, bellum Atheniensibus intulisset, Thracas adducens.* Verum errat vehementer, cum id factum esse dicat bello Eumolpi; quod jam dudum, rege Erechtheo, proavo Menesthei hujus, gestum fuit: uti supra à me dictum, lib. II. cap. VIII. Certe ab Erechthei fine, ad principium Menesthei, intervallum est annorum centum quadraginta

ginta trium. Respexit istuc etiam Libanius, Declam. XXIX. ὁ μὲν, Μενεσθέως, ὡς δεινοῦ τάττειν στρατιώτας, ἐμνήσθη. *Hic quidem, Menesthei meminit, ceu qui acie ordinanda insignis esset.* Et Inscriptio quædam vetus, in Mercurio lapideo, apud Plutarchum, in Cimone.

Ἔκ ποτε τῆσδε πόληος ἅμ' Ἀτρείδῃσι Μενεσθεὺς
Ἡγεῖτο ζάθεον Τρωϊκὸν ἐς πεδίον.
Ὅν ποθ' Ὅμηρος ἔφη Δαναῶν πύκα θωρηκτάων
Κοσμητῆρα μάχης ἔξοχον ὄντα μολεῖν.

Olim ex hac urbe cum Atridis Menestheus
Duxit copias in divinum campum Troianum:
Quem Homerus dixit Græcorum benè loricatorum
Ordinatorem pugnæ præstantem existentem venisse.

Exstat etiam, sed quibusdam commutatis apud Æschinem, Orat. in Ctesiphontem. Atque inde τακτικὸς, *Instruendæ aciei peritus*, dicitur à Maximo Tyrio, Dissert. XXXVI. Τί δὲ, εἰ μὴ τῷ Διῒ εἴκαζεν αὐτοὺς, ἀλλ' ἢ Μαχάονι τῷ ἰατρῷ, ἢ Κάλχαντι τῷ μαντικῷ, ἢ Νέστορι τῷ ἱππικῷ, ἢ Μενεσθεῖ τῷ τακτικῷ. *Quid si verò non cum Iove eos contulisset, sed aut cum Machaone, medicinæ; aut Calchante, vaticinii; aut Nestore rei equestris; aut Menesthei, instruendæ aciei perito?* Ita quoque ταξίλοχος λαῶν, *Ordinator militum*, in citato antea ejus Epitaphio. Scylletium quoque coloniam deduxit. Strabo, lib. VI. Μετὰ δὲ ταύτην Σκυλλήτιον, ἄποικος Ἀθηναίων, τῶν μετὰ Μενεσθέως. *Post hanc Scylletium, colonia Atheniensium, quos Menestheus deducebat.* Etiam Elæam condidit. Idem Strabo, lib. XIII. Εἶθ' ἑβδομήκοντα εἰς Ἐλαίαν, λιμένα ἔχουσαν, καὶ ναύσταθμον τὸν Ἀτταλικῶν βασιλέων, Μενεσθέως κτίσμα, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Ἀθηναίων, τῶν συστρατευσάντων ἐπὶ Ἴλιον. *Hinc septuaginta ad Elæam, quæ portum habet, & navale regum Attalicorum: conditaque est à Menestheo, & Atheniensibus, qui eum comitabantur in bello ad-*

lo adversus Troianos. Vbi observa; copias item in Troianos cum Græcorum cæterorum conjunxisse: atq; hoc verum est. Homerus, Iliad. β'. eos referens, qui ad bellum hoc operam suam contulêre, ubi de Menestheo agit:

Τῷ δ' ἅμα πεντήκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο.

Hinc autem simul quinquaginta nigræ naves sequebãtur. Dictys, lib. i. *Singuli reges, pro facultate opum, regnique, instructas classe: præmittunt Ex quîs primus Agamemnon, ex Mycenis, naves centum: Menelaus, ex omni Lacedæmone, naves sexaginta: Menestheus, ex Athenis, quinquaginta.* Item Dares. *Deinde ornati cum classe Græci Athenas convenerunt; Agamemnon ex Mycenis, navibus numero centum: Menelaus ex Sparta navibus numero sexaginta: Menestheus ex Athenis, quinquaginta.* Corruptus est Hygini locus, ubi recenset, qui ad Troiam expugnandam sint profecti, & quot naves quisque adduxerit, Mytholog. cap. XCVII. *Menœa filius Athenis, navibus quinquaginta.* Hîc in ipso statim initio duæ voces in unam coaluere: scripseratque sic Hyginus. *Menestheus, Petei filius, Athenis n q.* Immo ad ipsum omnes undique convenerunt. Clare Dares, jam citatus, paullo ante. *Legatos mittunt, ut tota Græcia conveniat cum classibus & exercitibus ornati pariter ad Atheniensium portum, unde pariter ad Troiam proficiscantur.* Iosephus Devonius, lib. III.

——fert vela bis una,
Bis centum, & decies centum; quas undique raptas
Cecropii vocat unda sinus, & Apollinis æquor:
Huc acies, huc arma meant, hinc bellica classis
Ordiri disponit iter.——

Et iterum, lib. IV.

Iam

Iam Pandionios collato robore portus
Argivæ tenuere rates. ———

Ac Menestheum quidem, in Troiam proficiscentem, è Phalero solvisse, refert etiam Pausanias, in principio Atticorum. Φαληρὸν ἦ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστον ἀπέχει τῆς πόλεως ἡ θάλασσα, τοῦτο σφίσιν ἐπίνειον ἦν· καὶ Μενεσθέα φασὶν αὐτόθεν ταῖς ναυσὶν ἐς Τροίαν ἀναχθῆναι. *Phalerum vero, siquidem hic minimum ab urbe abest mare, navale ipsis erat: & Menestheum inde ajunt navibus in Troiam solvisse.* Quin inclusus quoque fuit equo Durio, cum heroibus Græcis cæteris: ejusque rei in memoriam, in arce equi illius ex ære simulacrum erat, è quo Menestheus, atque Teucer, Theseique item filii, prospectabant. Pausanias, ubi arcem describit, eiusque donaria, in iisdem illis Atticis. ἵππος ἦ, ὁ καλούμενος Δούριος, ἀνάκειται χαλκοῦς. καὶ ὅτι μὲν τὸ ποίημα τοῦ Ἐπειοῦ μηχάνημα ἦν, εἰς διάλυσιν τοῦ τείχους, οἶδεν, ὅστις μὴ πᾶσαν ἐπιφέρει τοῖς Φρυξὶν εὐήθειαν. Λέγεται ἦ ἐς τε ἐκεῖνον τὸν ἵππον, ὡς τῶν Ἑλλήνων ἔνδον ἔχοι τοὺς ἀρίστους, καὶ δὴ καὶ τοῦ χαλκοῦ τὸ σχῆμά ἐστι κατὰ ταῦτα. καὶ Μενεσθεὺς, καὶ Τεῦκρος, ὑπερκύπτουσιν ἐξ αὐτοῦ, προσέτι ἦ καὶ οἱ παῖδες οἱ Θησέως. *Equus vero, Durius dictus, ex ære est positus; & hanc quidem machinam esse ab Epeo factam, ad disjiciendos muros, norit sane, quisquis non omnino Phrygibus vecordiam impingit. Fertur autem de hoc equo, fortissimos Græcorum in eo inclusos fuisse; & conveniens equi istius ænei forma est: Menestheusque ex illo, & Teucer, ac Thesei filii, prospectant.* Ac capta Troia ultimo eius regni anno memoratur: quanquam alii, primo Demophontis velint. Clemens, Strom. I. Ἴλιον ἑάλω, Δημοφῶντος τοῦ Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρα ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. Αἰγίας ἦ, καὶ Δερκύλος, ἐν τῇ τρίτῃ, μηνὸς Πανήμου ὀγδόῃ φθίνοντος. Ἑλλάνικος ἦ, δωδεκάτῃ Θαργηλιῶνος

μηνός· καί τινες τῶν τὰ Ἀττικὰ συγγραψαμένων, ὀγδόῃ φθίνοντος, βασιλεύοντος τὸ τελευταῖον ἔτος Μενεσθέως, πληθυούσης σελήνης. Captum est Ilium, regnante Demophonte, Thesei filio, anno primo, duodecimo mensis Thargelionis, ut ait Dionysius Argivus; Ægias autem, & Dercylus, libro tertio, octavo mensis Panemi desinentis: Hellanicus verò, duodecimo mensis Thargelionis. quidam eorum, qui res Atticas scripserunt, octavo desinentis, anno Menesthei regis ultimo, plenilunio. Cyrillus, quinto anno ante regnum Demophontis, id est, Menesthei vicesimo octavo, rem hanc tribuit, Adversus Iulianum, lib. I. *Quinto igitur anno post captam Troiam, apud Latinos, (regnabat) Æneas; Apud Athenienses, Demophon, Thesei filius.* Sed verior est eorum sententia, qui ultimo Menesthei anno captam esse Troiam volunt: siquidem ab ea expugnata rediens, diem obiit, in insula Melo. Eusebius. *Μενεσθεὺς, οὗτος Ἕλλησι κατὰ τῶν Τρώων συνεμάχησε· τούτου τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει Ἴλιον ἥλω. ἐπανιὼν δὲ ἀπὸ Τροίας, ἐν Μήλῳ τῇ νήσῳ τελευτᾷ.* Menestheus. *Hic Græcis contra Troianos opem tulit; ejusq; anno tricesimo tertio captum est Ilium: in reditu vero à Troja, in Melo insula moritur.* Idacius, in Chronica, captam dicit anno post Cecropem trecentesimo quinquagesimo quinto. *Cecrops regnavit in Atticâ: à quo usque ad Troiæ captivitatem fiunt anni* CCCLV. Quod tempus, computatum ab anno primo Cecropis I, incidit in Menesthei ultimum. Ac in Melo obiisse, refert item Hieronymus. *Menestheus moritur in Melo, regrediens à Troiâ.* Quæ totidem verbis Marianus. Regnavit autem annis tribus & triginta. Vides in Eusebii citatis verbis: ac disertè idem quoque antea dixerat. *Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑνδέκατος Μενεσθεὺς Πετεῶ, τοῦ Ὀρνέως, τοῦ Ἐρεχθέως, ἔτη τριάκοντα τρία. Atheniensium undecimus rex fuit Menestheus, Petei filius, Ornei nepos,*

pos, Erechthei pronepos, annos triginta tres. Hieronymus, annos tantum tribuit tres & viginti. *Atheniensibus regnavit undecimus Menestheus, annis viginti tribus.* Et hunc sequitur Marianus. Vincentius Bellovacensis, annos ei quatuor & viginti adscribit, Spec. Hist. lib. II. cap. LIV. Sed hi demere videntur decem annos, quos ad Troiam militavit, interim à regno absens. Ac dissidium sic concilio: neque enim video, quî aliter possit.

Cap. IV.

Menestheo succedit Demophon. Honorii error. Cum Græcis in Troianos profectus, equo Durio antea inclusus fuit; aviamque inde Æthram, libertati restitutam, secum abducit: & Palladium, astu eluso Agamemnone. Auctorum variæ hic sententiæ. Tribunalis, In Palladio *appellati, judicumque Ephetarum, unde origo. Harpocration emendatus.* Ἀγνῶτες, *quinam ita dicti. Hesychii locus restitutus.*

Menestheo defuncto, Demophon successit, Thesei filius. Errat autem vehementer hic Honorius; qui in Chronico Demophontem ante Menestheum tenuisse regnum tradit: & Menestheum Demophonti successisse, istis verbis. *Deinde (regnavit) Ægeus, exin Theseus, post hunc Demophon, post illum Menestheus.* Etiam hic, ut Menestheus, de quo supra, cum fratre Acamante, & cæteris Græcis, in Troianos est profectus. Iustinus, l. II. *Post Ægeum Theseus, ac deinceps Thesei filius Demophoon, qui auxilium Græcis adversus Troianos tulit, regnum possedit.* Et equo Durio se includi quoque est passus. Observare est apud Pausaniam, in Atticis: ubi de equo Durio agit, qui in arce Atheniensi spectabatur. Locum integrum

grum asscripsi capite superiori: illic vide. Aviamque inde Æthram, in libertatem vindicatam, ipse, atque frater Aramas, secum Athenas abduxere. Qua de re videndus est Quintus Smyrnæus, extremo lib. XIII. Palladium quoque, quod à Diomede acceperat, deluso astu Agamemnone, qui id postea repetebat, secum abduxit. Polyænus, lib. I. Δημοφῶν, παρὰ Διομήδους τὸ Παλλάδιον παρακαταθήκην λαβὼν, ἐφύλαττεν. Ἀγαμέμνονος ἀπαιτοῦντος, τὸ μὲν ἀληθινὸν ἔδωκεν ἀνδρὶ Ἀθηναίῳ, καλουμένῳ Βουζύγῃ κομίζειν Ἀθήναζε. ἴσον δὲ καὶ ὅμοιον ἄλλο κατασκευάσας, εἶχεν ἐπὶ τῆς σκηνῆς. Ἀγαμέμνονος δὲ σὺν πολλῇ χειρὶ ἐπελθόντος, ἀπεμάχετο ἐπὶ μακρόν. δόξαν ἐμποιῶν, ὡς ὑπὲρ τοῦ ἀληθινοῦ προκινδυνεύσοι. πολλῶν δὲ γενομένων τραυματιῶν, οἱ μὲν ἀμφὶ Δημοφῶντα, ὑπεῖξαν. Ἀγαμέμνων δὲ, λαβὼν τὸ πεπεποιημένον Παλλάδιον, ἐξαπατηθεὶς, ᾤχετο. *Demophon, cum Palladium accepisset, depositum à Diomede, illud quidem Buzygæ Atheniensi transferendum Athenas dedit: aliudque, ei simile, postquam fieri curasset, in tentorio adservavit. &, aggrediente inde Agamemnone cum magna manu, diu ac multum repugnavit; cupiens persuasum ipsi, quod pro vero in discrimen se conjiceret. multis autem vulneratis, Demophon quidem se submisit; Agamemnon vero, fictum accipiens Palladium, deceptus abiit.* Ac depositum à Diomede accepisse, astipulatur etiam Clemens, in Protreptico. Τὸ Παλλάδιον, τὸ διοπετὲς καλούμενον, ὃ Διομήδης καὶ Ὀδυσσεὺς ἱστοροῦνται μὲν ἀφελέσθαι ἀπὸ Ἰλίου, παρακαταθέσθαι δὲ Δημοφῶντι. *Palladium, cælitus delapsum dictum, quod Diomedes, & Vlysses, Ilio abductum, apud Demophontem deposuisse memorantur.* Alii, aliter commemorant: & tribunal, Ἐπὶ Παλλαδίῳ, *In Palladio*, nuncupatum, uti judices, qui Ἐφέται appellati, hinc originem accepisse. Audi Harpocratio-

crationem, ita hac de re ſcribentem Ἔσχε δὲ τὸ δικαστήριον τὴν τοῦ Παλλαδίου ἐπωνυμίαν, καὶ οἱ δικασταὶ τὴν Ἐφετῶν, ἐντεῦθεν. Ἀγαμέμνονος μετὰ τῶν Ἀργείων σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος Ἀθήναις ἐξ Ἰλίου, Δημοφῶν ἁρπάζει τὸ Παλλάδιον, καὶ πολλοὺς τῶν διωκόντων ἀναιρεῖ. Ἀγαμέμνων δὲ δυσχεράνας δίκην, τὸν ἁρπάσαντα ἀναιρεῖ: καὶ συνίσταται τὸ κριτήριον, ἐπὶ πεντήκοντα μὲν Ἀθηναίων, πεντήκοντα δὲ Ἀργείων· οὓς Ἐφέτας ἐκάλεσαν, παρὰ τὸ ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς τὰ τῆς κρίσεως. *Tribunal vero, Palladii cognomentum; & judices, Ephetarum nomen, ex hac cauſa accepêre. Agamemnone cum Argivis, & Palladio, Athenas appellente, Demophon Palladium rapit, multoſque inſequentes occîdit. qua de cauſa indignatus Agamemnon, raptorem interficit. ac tribunal conſtituitur, ex Argivis quinquaginta, & totidem Athenienſibus: quos Ephetas appellarunt, quia amborem id negotium judicandum ipſis demandatum eſſet.* Sed, an Demophontem occîdit Agamemnon? nemo veterum hoc dicit: itaque corrupta verba interpungo, & emendo. Ἀγαμέμνων δὲ, δυσχεράνας, δίκην τὸν ἁρπάσαντα ἀπαιτεῖ. *Agamemnon vero, indignatus, puniri raptorem petit.* Deinde, in fine, geminanda eſt vox παρὰ ac ſcribendum; παρὰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς τὰ τῆς κρίσεως. *quia ab utriſque id negotium judicandum demandatum ipſis eſſet.* Pollux, rem eandem narrat, nulla tamen Demophontis, aut Agamemnonis, mentione: l. VIII. cap. X. Τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ. ἐν τούτῳ λαγχάνονται περὶ ἀκουσίων φόνων. μετὰ γὰρ Τροίας ἅλωσιν Ἀργείων τινὰς, τὸ Παλλάδιον ἔχοντας, Φαλήρῳ προσβαλεῖν ἀγνοίᾳ δὲ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἀναιρεθέντας, ἀπορριφθῆναι. καὶ τῶν μὲν, ζῶον οὐδὲν προσῄει. Ἀκάμας δὲ ἐμήνυσεν, ὅτι εἶεν Ἀργεῖοι, τὸ Παλλάδιον ἔχοντες. καὶ οἱ μὲν, ταφέντες, Ἀγνῶτες προσηγορεύθησαν. τοῦ θεοῦ δὲ χρήσαντος, αὐτόθι ἱδρύθη τὸ Παλλάδιον. *Tribunal in Palladio. In hoc jus dicitur de involuntariis cædibus.*

Nam

Nam post expugnatam Troiam, Argivos quosdam in Phalerum appulisse memoratur; quos ignotos incolæ occiderint, & abjecerint: illos autem, animal nullum attingebat. Acamas vero, indicavit, esse Argivos, qui Palladium haberent: itaque hi quidem, sepulti, sunt Ignoti appellati: deo vero sic jubente, Palladium ibi consecratum est. Suidas, utramque sententiam refert: ex auctoribus, Phanodemo, & Clitodemo. Ἐπὶ Παλλαδίῳ. Δικαστήριον Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ Ἐφέται περὶ ἀκουσίου φόνου ἐδίκαζον. Ἀργεῖοι γὰρ, ἀπὸ Ἰλίου πλέοντες, ἡνίκα προσέσχον Φαλήροις, ὑπὸ Ἀθηναίων ἀγνοούμενοι ἀνῃρέθησαν. ὕστερον δὲ, Ἀκάμαντος γνωρίσαντος, καὶ τοῦ Παλλαδίου εὑρεθέντος, κατὰ χρησμὸν αὐτόθι τὸ δικαστήριον ἀπέδειξαν, ὡς Φανόδημος. Κλειτόδημος δὲ φησὶν, Ἀγαμέμνονος σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος Ἀθήναις, Δημοφῶντα ἁρπάσαι τὸ Παλλάδιον, καὶ πολλοὺς τῶν διωκόντων ἀνελεῖν. τοῦ δὲ Ἀγαμέμνονος δυσχεραίνοντος, κρίσιν ὑποσχεῖν ὑπὸ πεντήκοντα Ἀθηναίων, καὶ πεντήκοντα Ἀργείων, οὓς Ἐφέτας κληθῆναι, διὰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς τὰ περὶ τῆς κρίσεως. *In Palladio. Tribunal erat Athenis, in quo Ephetæ de cæde non voluntaria judicabant. Argivi enim, Ilio redeuntes, cum Phalera appulissent, ab Atheniensibus, eos non cognoscentibus, sunt occisi. Postea vero, indicante Acamante, ac Palladio invento, tribunal illic jussu oraculi condiderunt, uti auctor Phanodemus. Clitodemus vero refert, cum Athenas Agamemnon cum Palladio advenisset, Demophontem id rapuisse, & è persequentibus multos occidisse. indignante autem Agamemnone, judicium subiisse quinquaginta Atheniensium, totidemque Argivorum: eosque Ephetas appellatos, quod judicium ipsis ab utraque parte commissum esset.* Quæ Eustathius totidem ferè verbis refert, Comment. ad Odyss. lib. I. De Demophonte, etiam Pausanias, in Atticis: qui in parte tamen variat. Ἐπὶ Παλλαδίῳ καλοῦσι, καὶ τοῖς ἀποκτείνασιν ὡς κρίσις καθέστηκε. καὶ

οἱ

ὅτι μὲν Δημοφῶν ἐνταῦθα πρῶτος ὑπέσχε δίκας, ἀμφισβητοῦσιν οὐδένες· ἐφ᾽ ὅτῳ δὲ, διάφορα ἐς τοῦτο εἴρηται. Διομήδη γὰρ φασὶν, ἁλούσης Ἰλίου, ταῖς ναυσὶν ὀπίσω κομίζεσθαι, καὶ ἤδη τε νύκτα ἐπέχειν, ὡς κατὰ τὸ Φαληρὸν πάντες γίγνονται. καὶ τοὺς Ἀργείους ὡς ἐς πολεμίαν ἀποβῆναι τὴν γῆν, ἄλλην που δόξαντες ἐν τῇ νυκτὶ, καὶ οὐ τὴν Ἀττικὴν εἶναι. ἐνταῦθα Δημοφῶντα λέγουσιν ἐκβοηθήσαντα, οὐκ ἐπιστάμενον οὐδὲ τοῦτο, τοὺς ἀπὸ τῶν νεῶν ὡς εἶεν Ἀργεῖοι, καὶ ἄνδρας αὐτῶν ἀποκτεῖναι, καὶ, τὸ Παλλάδιον ἁρπάσαντα, οἴχεσθαι. Ἀθηναῖόν τε ἄνδρα, οὐ προϊδόμενον, ὑπὸ τοῦ ἵππου τοῦ Δημοφῶντος ἀνατραπῆναι, καὶ συμπατηθέντα ἀποθανεῖν. ἐπὶ τούτῳ Δημοφῶντα ὑποσχεῖν δίκας, οἱ μὲν, τοῦ συμπατηθέντος τοῖς προσήκουσιν. οἱ δὲ, Ἀργείων φασὶ τῷ κοινῷ. *In eo tribunali, quod in Palladio appellant, cædis causæ agitantur. Atque in eo primum quidem Demophontem causam dixisse, nemo dubitat; cujus vero ille criminis reus fuerit, variè fertur. Quidam tradunt, Diomedem, Ilio capto, cum in patriam navibus reveheretur, per noctem ad Phalerum appulisse: ubi cum Argivi, qui cum eo erant, in agrum tanquam hostilem excurrerent, ut qui aliam, quam Atticam, terram inter tenebras crederent, Demophontem ajunt, & ipsum ignarum, Argivorum eam classem esse, ad propulsandas populationes accurrisse. cumque, interfectis aliquot, Palladio erepto, domum abiret, ab ejus equo hominem Athenienſem, parum sibi prospicientem, subversum, ac conculcatum, interiisse: ideoque Demophontem reum actum, à propinquis interfecti, ut quidam volunt; vel, ut alii, à communi Argivorum.* Videndus quoque Etymologici Auctor, in ἐπὶ Παλλαδίῳ. Et illi quidem, qui occisi in hunc modum à Demophonte, postquam jam sepulti essent, vulgo Ἀγνῶτες, *Ignoti*, dicti. Ecce in Pollucis verbis, paullo antea citatis. Καὶ οἱ μὲν, ταφέντες, Ἀγνῶτες προσηγορεύθησαν. *Et hi quidem sepulti, Ignoti sunt appellati.* Corruptissimus hac de

re Hesychii locus, obiterque emendandus. Ἀγνῶτες θεῶ. οὕτω λέγεσθαι φασὶ, τοὺς μετὰ τὸν τῆς Ἰλίου πλοῦν Φαληροῖ προσχόντας: καὶ ἀναιρεθέντας, ὑπὸ Δημοφῶντος ταφῆναι. *Ignoti deo. Ita dici ajunt, Ilio reduces, & in Phalerum appellentes, & occisos, à Demophonte sepultos esse.* Restituo. Ἀγνῶτες. Θέων οὕτω λέγεσθαι φησὶ, τοὺς μετὰ τὸν τῆς Ἰλίου πλοῦν Φαληροῖ προσχόντας, καὶ ἀναιρεθέντας ὑπὸ Δημοφῶντος, καὶ ταφέντας. *Ignoti. Theon ita dici ait eos, qui, Ilio reversi, cum in Phalerum appulissent, à Demophonte sunt occisi, & sepulti.*

CAP. VII.

Apud Phyllidem, Troiâ rediens, divertit; cujus lecto mox potitus, intellecta Menesthei morte, Athenas discedit, ut paternum regnum capesseret: ac dat fidem, brevi sese rediturum. Quod cum minime præstaret, Phyllis suspendio vitam finit. Ἐννέα Ὁδοὶ, Novem viæ, *urbs Thraciæ, postea Amphipolis dicta. Hyginus emendatus, & Hesychius. Origo nominis indicata. Isacii Tzetzæ lapsus memoriæ.*

TRoiâ rediens, tempestate in Thraciam actus, apud Phyllidem divertit, quæ tunc ibi regnabat: ab eaque hospitio pariter & lecto perbenignè est susceptus. ubi exacto aliquo tempore, cum Menestheum decessisse intelligeret, qui, ejecto patre Theseo, regnum invaserat, ut id sibi vindicaret, Athenas petiit, datâ prius Phyllidi fide, brevi sese rediturum. quam cum minimè præstaret, ipsa sibi mortem laqueo conscivit: &, ut veteres fabulantur, in amygdalum, sine foliis est mutata: posteaque, accedente Demophonte, atque truncum amplectente, quasi sponsi amplexum sentiens, folia dedit. Servius, ad Eclogam v. *Phyllis, Sitonis filia, regina Thra-*

cum fuit. Hæc Demophontem, Thesei filium, regem Atheniensium, redeuntem de Troiano prælio, dilexit, & in conjugium suum rogavit. ille ait, ante se ordinaturum rem suam, & sic ad ejus nuptias reversurum. Profectus itaque, cum tardaret, Phyllis, & amoris impatientia, & doloris impulsu, quod se spretam credebat, laqueo vitam finivit, & conversa est in arborem amygdalum, sine foliis. Postea reversus Demophon, cognita re, ejus amplexus est truncum; qui, velut sponsi sentiret adventum, folia emisit: unde etiam φύλλα *sunt dicta à Phyllide, quæ antea* πέταλα dicebantur. Variat Hyginus, Fab. LIX. *Demophon Thesei filius, in Thraciam ad Phyllidem in hospitiū dicitur venisse, & ab ea esse amatus. Qui cum in patriam redire vellet, fidem ei dedit, se ad eam rediturum. Qui die constituta cum non venisset, illa eo die dicitur novies ad littus cucurrisse: quod ex ea* Ἐννεάδος *Græcè appellatur. Phyllis autem, ob desiderium Demophontis, spiritum emisit. Cui parentes cum sepulcrum constituissent, arbores ibi sunt enatæ, quæ certo tempore Phillidis mortem lugent: quo folia arescunt, & decidunt. Cujus ex nomine folia Græcè* φύλλα *sunt appellata.* Nihil dicit de suspendio, nil de commutatione in amygdalum, aut de reditu Demophontis, foliisque, ad amplexum ejus natis. Quanquam tamen de suspendio alibi loquitur, Fab. CCXLIII. *Phyllis, propter Demophonta, Thesei filium, ipsa se suspendio necavit.* Et huc pertinent illa ejus verba, apud Ovidium, in Epistola ad Demophontem.

Colla quoque, infidis quæ se nectenda lacertis
Præbuerant, laqueis implicuisse juvat.

Ac responsum Demophontis, in Epistola Auli Sabini.

Quos tibi, me miserum! laqueos, quæ fata minaris?

Verum in Hygini verbis, sic legendum esse existimo. *Dicitur novies ad littus cucurrisse: quod ex ea* Ἐννέα Ὁδοὶ

Græcè appellatur. Vrbs Thraciæ fuit, Ἐννέα Ὁδοὶ, *Novem Viæ*, prius quidem, postea Amphipolis dicta. Meminere ejus Herodotus, lib. VII; Thucydides, lib. I. & IV. Æschines, Orat. De falsa legat. Polyænus, lib. VI: Etymologici Auctor, Stephanus, & Suidas, in Ἀμφίπολις. Emendandus quoque Hesychius. Ἐννέα Ὁδοί· ἡ νῦν Ἀμφίπολις. *Novem Viæ, quæ nunc Amphipolis.* Perperam editur: Ἐννεάδος, ἡ νῦν Α'. Nam Auctores, quos citavi, omnes numero plurali, & duabus item vocibus, consensu efferunt. Originem nominis indicat Hyginus, cum ait; novies Phyllidem eo die, quo Demophontis reditum præstolabatur, litus versus cucurrisse: indicatque id Coluthus, lib. De raptu Helenæ.

Αἶψα δ' ὁ Θρηϊκίοιο μετάρσια Παγγαίοιο
Φυλλίδος ἀντέλλοντα φιλήνορος ἔδρακε τύμβον,
Καὶ δρόμον ἐννεάκυκλον ἀλήμονος εἶδε κελεύθου.
Ἔνθα διαστείχουσα κινύρετο Φυλλὶς ἀκοίτην,
Ἀχνυμένη παλίνορσον ἀπήμονα Δημοφόωντα,
Ὁππότε νοστήσειεν Ἀθηναίης ἀπὸ δήμων.

Mox vero Thracici vertices Pangæi,
Phyllidisque viri amantis exsurgentem vidit tumulum,
Et cursum novies repetitum erraticæ viæ,
Vbi perambulans lugebat Phyllis maritum,
Tristis exspectans reducem illæsum Demophoontem,
Cum rediturus esset Minervæ à populis.

Quod mutationem attinet in amygdalum, huc respexit & Palladius; qui, amygdalum cum designat, Phyllidem dicit, lib XIV.

Phyllida quin etiam grandi mitescere fructu
Instituens, duræ dat sua membra cuti.

Mox iterum.

Ipsa suos onerat meliori germine ramos
Persicus, & pruno scit sociare genus:
Imponitque leves in stipite Phyllidis umbras,
Et tali discit fortior esse gradu.

Et rursum postea.

Phyllis odoratos primævis floribus artus
Discissi pruni cortice fixa tegit.

Lapsus est memoriâ Isaacius Tzetzes, Commentario in Lycophronem, qui Demophontis fratri, Acamanti, hæc adscribit. Ἀκάμας ὀλίγαις ναυσὶ προσίσχει Θρᾳξὶ Βισάλταις, καὶ ἐρᾷ τούτου Φυλλὶς ἡ θυγάτηρ τοῦ ἐκεῖ βασιλέως· καὶ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐγγυᾷ, ἐπὶ προικὶ τῇ βασιλείᾳ. Ἀκάμας δὲ, βουλόμενος ἐλθεῖν εἰς τὴν πατρίδα, πολλὰ δεηθεὶς, παρὰ Φυλλίδος, καὶ τῶν ἐκείνης, ὀμόσας ἀντιστρέψειν, ἐξέρχεται. καὶ Φυλλὶς αὐτὸν προπέμπει ἄχρι τῶν καλουμένων Ἐννέα Ὁδῶν. *Acamas cum paucis navibus venit ad Thraces Bisaltas; amatque eum Phyllis, filia regis ejus loci: datque ipsi uxorem pater, & in dotem regnum tradit. Acamas vero, cum in patriam ire vellet, multum rogante Phyllide, ejusque amicis, dato prius jurejurando sese reversum esse, iter init, deducitque ipsum Phyllis usque ad Novem Vias, quas vocabant.* Quod desertionem attinet, hanc respexit Procopius Sophista, in Epistola quadam ad Stephanum. Σὺ δέ μοι δοκεῖς τὸν Θησέως ἐκεῖνον ἐζηλωκέναι, καὶ ταῦτα τοῖς παισὶν καθηγούμενος. νυμφίε Δημοφόων, ἄδικε ξένε, οὐδὲ παιδὸς θέλεις ἐπιμεμνῆσθαι, καλοῦ τε ὄντος, καὶ, εἴγε παρείης, ἤδη δυναμένου πατέρα καλεῖν. *Tu verò mihi illum Thesei filium imitatus videris, idque pueris præfectus. Sponse Demophoon, injuste hospes neque filii meminisse cupis, qui & formosus est, & si adesses, jam te patrem vocare posset.*

Bb 3 Cap.

CAP. VIII.

Condidit in Cypro urbem, Æpeam nomine, postea Solos appellatam. Festum item instituit, Congiorum quod dicebant: eaque in re error Suidæ, & Scholiastæ Aristophanis, indicatus. Heraclidas, ab Eurystheo expulsos, benigne excipit: & Tetrapolin Atticæ dat habitandam. Quam diu regnaverit. Ejus filius Oxyntes, regni hæres; item Munychus, itidem rex, ut nonnulli tradidere: qui ejectis Orchomeniis locum circa Munychiam, à se dictam, tribuit.

CONdidit Æpeam urbem in Cypro, ad Clarium amnem sitam; quam postea rex Philocyprus Solos, in Solonis honorem, nominavit. Plutarchus, in Solonis Vita. Ἔπειτα, πλεύσας εἰς Κύπρον, ἠγαπήθη διαφερόντως ὑπὸ Φιλοκύπρου, τινὸς τῶν ἐκεῖ βασιλέων· ὃς εἶχεν οὐ μεγάλην πόλιν, ᾠκισμένην ὑπὸ Δημοφῶντος τοῦ Θησέως, περὶ τὸν Κλάριον ποταμόν. καὶ, τῷ Σόλωνι τιμὴν ἀποδιδοὺς, (ὁ Φιλόκυπρος,) Αἰπείαν καλουμένην τὴν πόλιν πρότερον, ἀπ᾽ ἐκείνου Σόλους προσηγόρευσεν. *Inde, in Cyprum profectus, majorem in modum charus fuit Philocypro, uni ex ejus loci regibus; qui possidebat urbem non magnam, conditam à Thesei filio Demophonte, ad amnem Clarium: &, Soloni honorem habens, (Philocyprus,) urbem eam, antea Æpeam dictam, ab eo Solos appellavit.* Festum quoque Athenis instituit, quod τῶν χόων, *Congiorum*, appellabant. Rem, & causam refert ecce istis verbis Athenæus, lib. x. Φανόδημος φησὶ, Δημοφῶντα τὸν βασιλέα, βουλόμενον ὑποδέξασθαι τὸν Ὀρέστην Ἀθήναζε, πρὸς δὲ τὰ ἱερὰ οὐ θέλων αὐτὸν προσιέναι, οὐδ᾽ ὁμόσπονδον γενέσθαι. μήπω δικασθέντα, ἐκέλευσεν συγκλεισθῆναι τά τε ἱερὰ, καὶ χόα οἴνου ἑκάστῳ παρατεθῆναι, τῷ πρώτῳ ἐκπιόντι εἰπὼν ἆθλον δοθήσεσθαι πλα-

πλακοῦντα. παρήγγειλέ τε καὶ, τοῦ πότου παυσαμένου, τοὺς μὲν στεφάνους, οἷς ἐστεφανοῦντο, πρὸς τὰ ἱερὰ μὴ τιθέναι, διὰ τὸ ὁμορρόφους γενέσθαι τῷ Ὀρέστῃ. περὶ δὲ τὸν χόα τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστον περιθεῖναι, καὶ τῇ ἱερείᾳ ἀποφέρειν τοὺς στεφάνους πρὸς τὸ ἐν Λίμναις τέμενος· ἔπειτα θύειν ἐν τῷ ἱερῷ τὰ ἐπίλοιπα. καὶ ἐκλήθη τὴν ἑορτὴν κληθῆναι χόας. *Phanodemus auctor est, Demophōtem regem non gravatè excepisse Orestem, cum Athenas advenisset. nolentem verò, ut ad sacra ipse accederet, aut libationum quoque particeps fieret, judicio necdum absolutus, præcepisse, uti templa clauderentur; tum apposuisse cuique vini congium, ac, qui primus ebibisset, huic placentam præmium daturum sese, promisisse: mandasseque, cum potare desiissent, ne coronas, quibus redimiti erant, in templa inferrent, quia sub eodem lecto cum Oreste compotassent; sed ut congiis quisque suis has circumdarent, ac deferrent sacerdoti ejus templi, quod in Limnis: denique illic reliqua sacrificarent. atque inde festum esse dictum Congios.* Idem indicat Plutarchus, ac tacitos cum eo bibisse, Symposiac. lib. II. Quæst. X. Καίτοι τίνα ἔχει διαφορὰν, ἢ κύλικα καταστήσαντα τῶν κεκλημένων ἑκάστῳ, ἢ χοῦν ἐμπλησάμενον οἴνου, καὶ τράπεζαν ἰδίαν ὥσπερ οἱ Δημοφωντίδαι τῷ Ὀρέστῃ λέγονται πίνειν κελεῦσαι, μὴ προσέχοντα τοῖς ἄλλοις· ἢ τοῦτο, ὅπερ νῦν γίνεται, κρέας προθέμενον, καὶ ἄρτον, ὥσπερ ἐκ φάτνης ἰδίας ἕκαστον εὐωχεῖσθαι; πλὴν ὅτι μὴ πρόσκειται σιωπῆς ἡμῖν ἀνάγκη, καθάπερ τοῖς τὸν Ὀρέστην ξενίζουσιν. *Et quid refert, calicemne convivarum cuiq; proponas peculiarem, congiumque vini plenum, & propriam mensam, ut Orestem bibere Demophontidæ jussisse feruntur, neque alios observare; quàm, quod hodie fit, ut quisque propositis sibi pane, & carne, tanquam è proprio præsepi vescatur? nisi quod nobis non incumbit necessitas tacendi, sicut illis, qui Orestem hospitio excipiebant.* Scholiastes Aristophanis, ad Equites, & Acharnēses, non id Demophonti adscribit, sed

ſed Pandioni: ſicut etiam Suidas, in Χόες. Sed eſt manifeſtus error; nam Oreſtis certè ætas, incidit in Demophontem, cujus proavus Pandion. ejus enim filius, Ægeus; hujus, Theſeus: cujus, Demophon. adeoque à Pandionis exceſſu, ad initium Demophontis, anni plures centum interſunt. Rem eamdem ipſum Oreſtem memorantem introducit Euripides, in Iphigenia in Tauris: verùm nulla mentione Demophontis, aut Pandionis. Præterea Herculis quoque liberos, ab Euryſtheo exactos, benignè excepit: & Tetrapolin illis Atticæ habitandam aſſignavit. Antoninus Liberalis, Metamorph. cap. XXXIII. Μετὰ τὸν Ἡρακλέους ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισμὸν, Εὐρυσθεὺς, ἐξελάσας αὐτοῦ υἱοὺς τῆς πατρίδος, αὐτὸς ἐβασίλευσεν. οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι, καταφυγόντες πρὸς Δημοφῶντα τὸν Θησέως, ᾤκησαν τὴν Τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς. *Hercule ex hominibus exempto, Euryſtheus, cum filios ejus terrâ patria ejeciſſet, ipſe regnum occupavit. Heraclidæ vero, poſtquam ad Theſei filium Demophontem profugiſſent, Tetrapolin Atticæ habitarunt.* Meminere Auctores multi; & Euripides repræſentat in Tragœdia Heraclidis. Regnavit autem per tres & triginta annos. Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν δωδέκατος Δημοφῶν Θησέως ἔτη τριάκοντα τρία. Hieronymus. *Athenienſibus regnavit duodecimus Demophon, Theſei filius, annos triginta tres.* Marianus Scotus, lib. III. *Athenis regnavit Demophon, duodecimus rex Athenienſium, annis triginta tribus.* Nec aliter Vincentius Bellovacenſis. Reliquit vero filium Oxyntem, regni hæredem. Freculphus, Tom. I. lib. II. cap. XVIII. *Apud Athenienſes Demophon tunc regnabat, filius Theſei: & habuit ſucceſſorem Oxyntem.* Atque is regnavit annis duodecim. Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τεσσαρεσκαιδέκατος Ὀξύντης Δημοφῶντος ἔτη δώδεκα. Hieronymus.

ronymus. *Atheniensibus regnavit decimustertius Oxyntes annis duodecim.* Ita quoque Marianus, & Vincentius Bellovacensis. Invenio quoque filium Munychum, apud Plutarchum, in Vita Thesei. οἱ δὲ καὶ τοῦτο τὸ ἔπος διαβάλλουσι, καὶ τὴν περὶ Μουνύχου μυθολογίαν. ὃν ἐκ Δημοφῶντος Λαοδίκης κρύφα τεκούσης ἐν Ἰλίῳ συνεκθρέψαι τὴν Αἴθραν λέγουσι. *Alii verò versum istum traducunt, & fabulam de Munycho: quem Laodice, postquam ex Demophonte clandestinò peperisset, Æthra simul educasse apud Ilium memoratur.* Et fuisse eum regem, ac Munychiam, à se dictam, Thracibus, Orchomeno ejectis, assignasse, auctor nobis Ulpianus, in Orat. De Corona. Θρᾶκες, ποτὲ στρατεύσαντες κατὰ τῶν οἰκούντων Ὀρχομενὸν τὸν Μινυαῖον τῆς Βοιωτίας, ἐξέβαλλον αὐτοὺς ἐκεῖθεν. οἱ δὲ ἐξαναστάντες, ἦλθον εἰς Ἀθήνας, ἐπὶ Μουνύχου βασιλέως. ὁ δὲ, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς οἰκῆσαι τὸν τόπον τὸν περὶ τὴν Μουνυχίαν· ὅστις ἐπωνομάσθη παρ᾽ αὐτῶν, εἰς τιμὴν τοῦ βασιλέως. *Thraces, cum aliquando contra Orchomenum Minyæum, Bœotiæ urbem, expeditionem suscepissent, eos inde ejecerunt. atque illi extorres, venêre Athenas, rege Munycho. is verò, locum ipsis circa Munychiam habitandum dedit: quem sic illi, in honorem regis, nominarunt.* Munychi regis, à quo dicta sit Munychia, meminere item Stephanus, Harpocration, Etymologici Auctor, & Suidas: verum Pantaclis filium dicunt, non Demophontis. Ad Oxyntem quod attinet, eius meminit & Pausanias, Corinthiacis: isque filios duos habuit; Aphidantem, & Thymæten: utrumque ordine regni hæredem.

Cap. IX.

Aphidas, quam diu regnaverit. Oraculum, Atheniensibus datum, ejus tempore. Hunc Thymætes, frater junior, atque

nothus interfecit: & regnum invasit. Mariani Scoti confusio. Thesidarum, & Erechthidarum item, regni finis: idque annis quot duraverit. Mariani Scoti locus restituitur. Vincentius Bellovacensis emendatur: & errare indicatur. Θυμοιτάδαι, populus Atticæ.

ET Aphidas quidem, regnum tenuit annum unum. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τεσσαρεσκαιδέκατος Ἀφείδας ἔτος ἕν. Hieronymus. *Atheniensibus regnavit decimusquartus Aphidas annum unum.* Eo regnante, datum oraculum Atheniensibus, quod commemorat Pausanias, in Achaicis. Ἀθηναίοις γὰρ, ἐπὶ ἡλικίᾳ μάλιστα τῇ Ἀφείδαντος, ἀφίκετο παρὰ τοῦ ἐν Δωδώνῃ Διὸς τὰ ἔπη τάδε.

Φράζεο δ' Ἄρειόν τε πάγον, βωμούς τε θυώδεις
Εὐμενίδων, ὅτι χρὴ Λακεδαιμονίους σ' ἱκετεῦσαι,
Δουρὶ πιεζομένους· τοὺς μὴ σὺ κτεῖνε σιδήρῳ,
Μηδ' ἱκέτας ἀδικεῖν. ἱκέται δ' ἱεροί τε καὶ ἁγνοί.

Exstat enim Dodonæi Iovis oraculum, Atheniensibus redditum, Aphidantis ætate, istis versibus:

Ara tibi Eumenidum fumans, & curia Martis,
Sint cordi. huc bello domiti nam fortè Lacones
Suppliciter tristes venient: ne confice ferro,
Nec viola. supplex sacer est, & crimine purus.

Fratri Aphidanti, successit Thymœtes: & regnavit annos novem. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν πεντεκαιδέκατος Θυμοίτης, Ἀφείδαντος ἀδελφὸς, ἔτη ἐννέα. Hieronymus illi annos tantum octo tribuit. *Atheniensibus regnavit decimusquintus Thymœtes annis octo.* Hunc sequitur Vincentius Bellovacensis. Marianus, ordinem confundit: & Thymæten ante Aphidantem ponit: cui annum regni tantum unum adscribit, uti novem Aphidanti. *Atheniensium decimusquartus Thymœtes anno uno*

regnavit: decimusquintus Aphidas, annis novem. Ioannes Tzetzes Chil. I. cap. IV. ubi reges Athenienses commemorat, Aphidantis, nempe ob regni brevitatem, nullam mentionem facit: ita quoque nec Freculphus. Certum autem est, juniorem fuisse Thymœten, & quidem nothum; atque fratrem Aphidantem, legitimo conjugio natum, occîdisse: & regnum ejus summo scelere occupasse. Exstat hac de re fragmentum insigne Leonidis, è libro IV. De populis Atticæ, apud Atheneum, l. III. Ἀφείδαντα, βασιλεύοντα Ἀθηνῶν, Θυμοίτης, ὁ νεώτερος ἀδελφὸς, νόθος ὢν, ἀποκλείνας, αὐτὸς ἐβασίλευσεν. *Aphidantē, Athenarum regem, Thymœtes, frater natu minor, qui spurius esset. cum occîdisset, ipse regnum occupavit.* Et in eo Thesidarum regnum desiit. Pausanias, in Corinthiacis. Θυμοίτης γὰρ Θησειδῶν ἔσχατος ἐβασίλευσεν Ἀθηναίων. *Nam Thymœtes postremus Thesidarum apud Athenienses regnavit.* Immo & Erechthidarum. Eusebius. Ἐπὶ τούτου (τοῦ Θυμοίτου) ἡ τῶν Ἐρεχθειδῶν βασιλεία κατελύθη παρὰ Ἀθηναίοις, Ἀττικῶν λεγομένη· καὶ μετῆλθεν εἰς ἕτερον γένος. Hieronymus. *Erechthidarum imperio destructo, Atticorum principum regnum ad aliud genus translatum est.* Duraveratque regnum Athenarum à Cecrope I, qui cognomine Διφυὴς dictus, annis quadringentis viginti & novem. Castor, in Fragmẽto, quod Latine ita transtulit Hieronymus. *Exponemus autem & Atheniensium reges, cognomento Erechthidas, à Cecrope Diphye usque ad Thymœten: quorum omne tempus invenitur annorum* CCCCXXIX. Freculphus, Tom. I. lib. II. cap. XIX. *Reges Atheniensium, cognomento Erechthides, defecerunt à regno: quorum omne tempus invenitur à Cecrope Diphye usque ad Thymœten anni* CCCCXXIX. Castoris verba, quæ citavi ex Hieronymo, transscripsit, uti ferè solet, Marianus: sed corruptè numerus edi-

tur, CCCCXXIV: pro, CCCCXXIX. Errat graviter Vincentius, Spec. Hist lib. II. cap. LIV. ubi *Heraclidas* nominat, quos debebat *Erechthidas*: nisi quis librarii esse culpam dicat, ac mendose ab eo scriptum. tamen illud minime excusari potest, quod in Codro desiisse nobis tradat: numeretque annos tantum trecentos octoginta duos. *Codrus* (*regnavit annis*) XXI. *qui, juxta responsum seipsum morti tradens, bello Peloponnesiaco interimitur. in quo Heraclidarum imperium destructum est, quod trecentis octoginta duobus annis perseveraverat.* Atqui à Cecropis primi initio, ad finem Codri, anni sunt quadringenti octoginta septem: itaque corrige etiam numeros. Denique, neque illud hic prætereundum mihi censeo, populum fuisse Atticæ, qui ab hoc Thymœte nostro, ultimo Erechthidarum, ac Thesidarum, Θυμοιτάδαι appellati. Harpocration. Θυμοιτάδαι, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, ἀπὸ Θυμοίτου τοῦ ἥρωος ὀνομασθείς. *Thymœtadæ, populus Hippothoontidis tribus, à Thymœte heroë dictus.* Suidas. Θυμοίτης, ὁ τῶν Ἀθηναίων βασιλεύς, καὶ, Θυμοιτάδαι. *Thymœtes, Atheniensium rex: &, Thymœtadæ.* Vide quæ de eo pridem plura dixi, libro proprio De populis Atticæ.

CAP. X.

Thymœti succedit Melanthus. Is quo genere oriundus. Cononis locus emendatus. Initio, rex Messeniorum: inde, pulsus ab Heraclidis, Athenas venit, jussu oraculi. Illud autem, quale fuerit: & in quemnam Atticæ locum ipse venerit. Bellum cum Bæotiorum rege Xantho; atque ejus ad duellum provocatio: quam Melanthus, proposito in præmium regno, accipit. Ejus dolus, & victoria. Etymologica

gici Auctor emendatus. Festum, Ἀπατούρια. *Bacchus,* Μελαναιγὶς; *sive* Μελανθίδης: *ejusque arca, sive templum. Iupiter etiam* Ἀπατούριος, *sive* Ἀπατήνωρ *dictus.*

IN Thymœtis autem locum subrogatus mox Melanthus. Hic referebat genus suum ad Periclymenum, Nelei filium. Suidas, in Ἀπατούρια. Μέλανθος ἐπιδημῶν, Μεσσήνιος, τὸ γένος ἀπὸ Περικλυμένου, τοῦ Νηλέως. *Melanthus, qui tunc illic agebat, Messenius, genus ducens à Periclymeno, Nelei filio.* Totidem verbis Scholiastes Aristophanis, ad Acharnenses: & Apostolius, Cent. III. Proverb. LXXIV. Itaque corrigendus Conon apud Photium, Narrat. XXXIX. Μέλανθος γένος μὲν ἦν τῶν Νηλειδῶν, οἳ Πύλου καὶ Μεσσήνης, ἀπὸ Ποσειδῶνος ἐβασίλευον. *Melanthus ex genere fuit Nelidarum, qui Pyli, & Messenæ, inde à Neptuno, regnum tenuerunt.* Perperam editur: τῶν Ἡλιδῶν. *Elidarum.* Erat autem ab isto Nelei filio quintus. Observo apud Pausaniam, in Corinthiacis Σὺν δὲ αὐτοῖς Μέλανθον, τὸν Ἀνδροπόμπου, τοῦ Βώρου, τοῦ Πενθίλου, τοῦ Περικλυμένου. *Et cum his Melanthum, Andropompi filium, Bori nepotem, Penthili pronepotem, Periclymeni abnepotem.* Initio, sub reditum Heraclidarum, Rex Messeniorum erat. Strabo docet, lib. VIII Καὶ δὴ κατὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, καὶ τὸν τότε γενηθέντα μερισμὸν τῆς χώρας, ἦν Μέλανθος βασιλεὺς τῶν Μεσσηνίων. *At vero sub reditum Heraclidarum, quaque tunc est regionis facta distributio, rex Messeniorum erat Melanthus.* Verum eum, aliosque Nestoris posteros, Heraclidæ expulere. Idem Strabo, lib. IX. Μετὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, καὶ τὸν τῆς χώρας μερισμὸν, ὑπ' αὐτῶν, ἐπὶ τῶν συγκατελθόντων αὐτοῖς Δωριέων, ἐκπεσεῖν τῆς οἰκίας συνέβη πολλοὺς εἰς τὴν Ἀττικήν, ὧν ἦν καὶ ὁ τῆς Μεσσήνης βασιλεὺς Μέλανθος. *Post Heraclidarum reditum, & regionis distributio-*

nem, usu venit, ut multi ab iis, & qui unà rediissent Doriensibus, sedibus suis expulsi, in Atticam migrarent: inter quos Melanthus etiam, rex Messenæ. Pausanias, in Corinthiacis. Ἐκβάλλουσιν οὖν (οἱ Ἡρακλεῖδαι) ἐκ μὲν Λακεδαίμονος, καὶ Ἄργους, Τισαμενόν. ἐκ δὲ τῆς Μεσσηνίας τοὺς Νέστορος ἀπογόνους, Ἀλκμαίωνα Σίλλου τοῦ Θρασυμήδους, καὶ Πεισίστρατον τὸν Πεισιστράτου, καὶ τοὺς Παίονος τοῦ Ἀντιλόχου παῖδας. σὺν δὲ αὐτοῖς Μέλανθον τὸν Ἀνδροπόμπου. *Ejiciunt itaque (Heraclidæ) Lacedæmone quidem, & Argis, Tisamenum; Messenâ vero, Nestoris posteros, Alcmæonem, Sylli filium, & nepotem Thrasymedis; & Pisistratum, Pisistrati filium; item liberos Pæonis, Antilochi filii: ac cum his Melanthum, Andropompi.* Conon, loco citato. Τοῦτον (τὸν Μέλανθον) ἀναστήσαντες Ἡρακλεῖδαι, πολέμῳ τὴν γῆν ἔσχον. *Hunc (Melanthum) cum expulissent Heraclidæ, bello terrā tenuerunt.* Huc Plutarchi illa pertinēt, De exilio. Κόδρος δὲ, τίνος ὢν, ἐβασίλευσεν; οὐ Μελάνθου φυγάδος ἐκ Μεσσήνης; *Cujus vero filius existens Codrus regnum tenuit; nonne Melanthi, qui Messena exulavit?* Expulsus autem hunc in modum, venit in Atticam, & ejus urbem Eleusinem: cùm oraculo jussus esset sedem figere, ubi caput, atq; pedes pro muneribus hospitalibus offerrentur. Leonides, lib. IV. De populis Atticæ: cujus hoc fragmentum nobis repræsentat Athenæus l. III. Μέλανθος Μεσσήνιος, ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος, ἐπήρετο τὴν Πυθίαν, ὅπου κατοικήσῃ. ἡ δὲ ἔφη, ἔνθα ἂν ξενίοις πρῶτον τιμηθῇ, τοὺς πόδας αὐτῷ καὶ τὴν κεφαλὴν, ἐπὶ τῷ δείπνῳ παραθέντων. καὶ τοῦτ' ἐγένετο αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι. τῶν ἱερειῶν γὰρ τότε πάτριόν τινα ἑορτὴν ἐπιτελουσῶν, καὶ πάντα τὰ κρέα καταναλωκυιῶν, τῶν δὲ ποδῶν καὶ τῆς κεφαλῆς, ὑπολοίπων ὄντων, ταῦτα τῷ Μελάνθῳ ἀπέστειλαν. *Melanthus Messenius, patria ejectus, consuluit Pythiam, quemnam sibi habitandum locum caperet; illa vero respondit: ubi primum munera hospitalia acciperet, caput, pedes-*

pedesque, in cœna appositos: quod & factum est Eleusine. nam cum fœminæ sacerdotes festum ibi quoddam patrium celebrarent, jamque carnes universas absumpsissent, caput, & pedes, quæ supererant, ad Melanthum miserunt. Oraculi jussu venisse Athenas, ac donatum civitate, habitumque in honore, auctor etiam est Conon. Ὁ δὲ (Μέλανθος) κατὰ χρησμοὺς Ἀθήναζε ἀφικνεῖται, καὶ πολίτης γίνεται, καὶ εἷς τῶν τιμωμένων. *Ille vero (Melanthus) Athenas juxta oraculum venit: ac, donatus civitate, inter honoratos fuit.* Nec multo post Thymœtes illi regno cessit: cum duello Xanthum, Bœotiæ regem, superasset. Ioannes Tzetzes, Chil. I. cap. IV.

Τινὲς δὲ γένος λέγουσι ταύτης τῆς εὐζυχίας
Ἄχρι Θυμοίτου, Μέλανθον οὐκ εἶναι δὲ τοῦ γένους·
Πρὸς τὸ μονομαχῆσαι δὲ τῷ Βοιωτῷ Ξανθίῳ,
Θυμοίτης δῶρον δίδωσι τούτῳ τὴν βασιλείαν.
Quidam autem genus dicunt hujus prosapiæ:
Usque ad Thymœten, Melanthum vero ex eo haud esse:
At quia duello pugnavit cum Bœoto Xanthio,
Thymœtes donat illi regnum.

Quanquam sanè eripuisse ei illud Pausanias tradit in Corinthiacis. Μέλανθος δὲ καὶ τὴν βασιλείαν ἔσχεν, ἀφελόμενος Θυμοίτην, τὸν Ὀξύντου. *Melanthus vero, etiam regnũ tenuit, ereptum Thymœti, Oxynthæ filio.* Strabo, ultro adscitum dicit, lib. IX. Οὗτος δὲ, (ὁ Μέλανθος,) καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑκόντων, νικήσας ἐκ μονομαχίας τὸν Βοιωτῶν βασιλέα Ξάνθον. *Hic vero, (Melanthus,) quum certamine singulari Xanthum, Bœotorum regem, devicisset, ultro rex ab Atheniensibus est creatus.* Eusebius. Θυμοίτην προκαλεσαμένου Ξάνθου τοῦ Βοιωτίου, καὶ μὴ ὑπακούσαντος τοῦ Θυμοίτου, Μέλανθος Ἀνδροπόμπου Πύλιος, ἀναδεξάμενος, ἐμονομάχησεν καὶ νικήσας, ἐβασίλευσεν. Hieronymus. *Cum Thymœten provocasset Xanthus Bœotius, & Thymœte recusante, Melampus* Pylien-

Pyliensis Andropompi filius, suscepisset singulare certamen, ac deinde regnasset. Conon ait, propositum ipsi regnum fuisse, victoriæ præmium. Ἀθηναίοις ἦ, καὶ Βοιωτοῖς, πόλεμος ὑπὲρ Οἰνόης συνίσατο. καὶ ἐδόκει, ἐν τῇ τῶν βασιλέων μονομαχίᾳ τὴν κρίσιν εἶναι. Θυμοίτης μὲν οὖν, βασιλεύων Ἀθηναίων ἐδεδοίκει τὸν ἀγῶνα, καὶ ἐξίσατο τῆς βασιλείας, τῷ βουλομένῳ διακινδυνεῦσαι πρὸς Ξάνθον, ὃς ἐβασίλευε Βοιωτῶν. καὶ Μέλανθος, ἐπ' ἄθλῳ τῆς βασιλείας, ὑπέρχεται τὸν ἀγῶνα. *Atheniensibus vero, & Bœotis, de Oenoe bellum exortum est: placuitque, singulari regum pugna litem dirimi. Thymætes autem, rex Atheniensium, duellum metuens, regno cessit, ei tradendo, qui cum rege Bœotorum Xantho concertare vellet. Melanthus itaque, regno in præmium proposito, pugnam subit.* Idem Suidas quoque indicat. Πόλεμος ἦν Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτοὺς περὶ Κελαινῶν, ὃ ἦν χωρίον ἐν μεθορίοις. Ξάνθος ἦ Βοιωτὸς προεκαλέσατο τὸν Ἀθηναίων βασιλέα Θυμοίτην. οὐ δεξαμένου ἦ, Μέλανθος ἐπιδημῶν, Μεσσήνιος τὸ γένος, ἀπὸ Περικλυμένου τοῦ Νηλέως, ὑπέστη ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ. *Bellum erat Atheniensibus adversus Bœotos de Celænis, qui locus erat in confiniis. Xanthus vero Bœotus provocabat Atheniensium regem Thymætem; ac, cum ille recusaret, Melanthus, qui tunc ibi agebat, Messenius genere, à Periclymeno, Nelei filio, oriundus, regno in præmium proposito, suscepit.* Quæ totidem verbis Scholiastes Aristophanis, ad Acharnenses. Causa belli, Celænæ erant. Ita Suidas, & Scholiastes Aristophanis, locis citatis. His accedit Harpocration. Πολεμούντων τῶν Ἀθηναίων πρὸς Βοιωτοὺς, ὑπὲρ τῆς τῶν Κελαινῶν χώρας, Μέλανθος, ὁ τῶν Ἀθηναίων βασιλεὺς, Ξάνθον τὸν Θηβαῖον, μονομαχῶν ἀπατήσας, ἀπέκτεινεν. *Bellum gerentibus Atheniensibus adversus Bœotos, de Celænarum agro, Melanthus, rex Atheniensium, Xanthum Thebanum, in certamine singulari circumventum, interfecit.* Apud Polyænum, locus iste

Melenæ dicitur, lib. I. Ἀθηναίων στρατηγὸς ἦν Μέλανθος, Βοιωτῶν Ξάνθος. ἐπολέμουν Μελαινῶν πέρι. Μελαιναὶ, χωρίον μεθόριον Ἀττικῆς, καὶ Βοιωτίας. *Atheniensium dux erat Melanthus, Bœotorum Xanthus. Bellum gerebant de Melænis. Melænæ, locus in confinio Atticæ, Bœotiæque.* Vbi vir magnus, cujus beneficio Auctorem illum Græcum habemus, scribendum censebat, Κελαινῶν, & Κελαιναί. Attamen Μελαιναὶ etiam Stephano commemorantur, in Μελαινεῖς: ubi vide. Neque aliter nominat Etymologici Auctor, in Κουρεῶτις: & Apostolius, Cent. III. Proverb. LXXIV. Sed omnino nil mutandum esse censeo: cum Κελαιναὶ, & Μελαιναὶ, idem valeat. Alii tradunt, bellum istud ob Oenoën gestum esse. Proclus, in Timæum Platonis, lib. I. Τὰ Ἀπατούρια ἑορτή τις ἦν εἰς Διόνυσον, ἐπὶ τῇ Μελάνθου, καὶ Ξάνθου τοῦ Βοιωτοῦ, μονομαχίᾳ, καὶ νίκῃ τοῦ Μελάνθου, δι' ἀπάτης· Βοιωτῶν, καὶ τῶν Ἀθηναίων, ὑπὲρ Οἰνόης πολεμούντων ἀλλήλοις. *Apaturia festum quoddam Bacchi erat, ob Melanthi & Xanthi Bœotii, singulare certamẽ; & victoriam Melanthi, dolo reportatam: cum Bœotii, & Athenienses, de Oenoâ bellum inter sese gererent.* Conon, in citatis verbis. Ἀθηναίοις δὲ, καὶ Βοιωτοῖς, πόλεμος ὑπὲρ Οἰνόης συνίσταται. *Atheniensibus vero, & Bœotis, bellum de Oenoa exortum est.* Et paullo post. Καὶ τήν τε Οἰνόην Ἀθηναίοις, καὶ ἑαυτῷ τὴν βασιλείαν, ἑνὶ περιεποιήσατο τῷ ἀγωνίσματι. *Atque uno certamine & Oenoën Atheniensibus, & sibi regnum acquisivit.* Immò verò de utroque eo loco bellum erat. Etymologici Auctor id disertè dicit, in Κουρεῶτις. Ἀθηναίων πρὸς Βοιωτοὺς πόλεμον ἐχόντων περὶ Οἰνόης, καὶ Μελαίνης, Ξάνθος, ὁ τῶν Βοιωτῶν βασιλεὺς, Θυμοίτην, τὸν τῶν Ἀθηναίων δυνάστην, εἰς μονομαχίαν προεκαλέσατο. *Cum Athenienses bellum adversus Bœotos gererent de Oenoâ, & Melænâ, Xanthus, rex Bœotorum, Thymœtem, Atheniensium principem,*

ad certamen singulare provocavit. Quomodo vero id duellum inter Xanthum, & Melanthum gestum fuerit, audiamus referentem Polyænum, libro citato. οἱ στρατηγοὶ μονομαχοῦσι τῆς νίκης πέρι. καὶ συνιόντων, ὁ Μέλανθος ἔφη. καὶ μὴν ἀδικεῖς δεύτερον ἄγων ἐπὶ τὴν μάχην. ὁ Ξάνθος ἐπεστράφη, τὸν δεύτερον ὀψόμενος· καὶ ὑπὸ τοῦ Μελάνθου τῷ ξυστῷ διελαθεὶς, ἀνῃρέθη. *Duces bello certant de victoria; atque, postquam convenissent, inquit Melanthus: Et tu sanè injustè agis, qui secundum in pugnam adducis. quam ob rem conversus Xanthus, ut secundum hunc videret, à Melantho, hastâ trajectus, interficitur.* Frontinus, Stratag. lib. II. cap. V. *Melanthus, dux Atheniensium, cum, provocatus à rege hostium, Xantho Bœotio, descendisset ad pugnam, ut primum comminus stetit, Inique, inquit, Xanthe, & contra pactum facis; adversus solum enim cum altero processisti: cumque admiratus ille, quisnam se comitaretur, respexisset, aversum uno ictu confecit:* Scholiastes Aristophanis, ad Pacem. Ἀθηναίων περὶ Κελαινῶν πρὸς Βοιωτοὺς πόλεμον ἀραμένων, Ξάνθος Βοιωτὸς προεκαλέσατο τὸν Ἀθηναίων βασιλέα Θυμοίτην. καὶ οὗτος μὲν, οὐκ ἐδέξατο. Μέλανθος δέ τις, Ἀρκὰς τὸ γένος ἐν Ἀττικῇ ὢν, καὶ οἰκῶν, ὑπέστη τὸ μονομάχιον. καὶ κατελθόντων αὐτῶν εἰς τὸ ἀφωρισμένον πεδίον ἐπὶ τὸ μονομαχῆσαι, ὁ Μέλανθος δόλῳ ἀναιρεῖ τὸν Ξάνθον. προσιόντι γὰρ αὐτῷ, ἔφη· ἀδικεῖς, ὦ Ξάνθε, μόνος φήσας παραγενέσθαι, καὶ δεύτερος παραγενόμενος. ἐφ᾽ ᾧ στραφεὶς ὁ Ξάνθος, ὡς θεασόμενος τὸν ἥκοντα, ἐτρώθη παρὰ Μελάνθου, καὶ ἀπώλετο. *Cum Athenienses adversus Bœotos bellum suscepissent, de Celænis, Xanthus Bœotus provocavit regem Atheniensium Thymœtem. atque ille quidem, recusavit; sed Melanthus quispiam, ex Arcadia genus ducens, qui in Attica erat, degebatque, duellum suscepit. cumque in campum destinatum, ad certamen singulare, convenissent, Melanthus dolo Xanthum occidit. nam, cum comminus accessisset, Inique facis,*

cis, inquit, Xanthe; qui ſecundus huc adveneris, cum venturum ſolum dixeris. ad quæ verba dum convertit ſeſe Xanthus, ut reſpiceret venientem, à Melantho vulneratur, & occiditur. Paullo aliter idem ad Acharnenſes refert: non excogitatum dolum à Melantho, ſed revera quempiam à tergo ejus conſpicatum, nigra pelle caprina indutum. Πόλεμος ἦν Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτοὺς περὶ Κελαινῶν, ὃ ἦν χωρίον ἐν μεθορίοις. Ξάνθος δὲ Βοιωτὸς, προεκαλέσατο τὸν Ἀθηναίων βασιλέα Θυμοίτην. οὐ δεξαμένου δὲ, Μέλανθος ἐπιδημῶν, Μεσσήνιος τὸ γένος, ἀπὸ Περικλυμένου τοῦ Νηλέως, ὑπέστη, ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ. μονομαχούντων δὲ, ἐφάνη τῷ Μελάνθῳ τὶς ὄπισθεν τοῦ Ξάνθου, τραγῆν Μέλαιναν ἐνημμένος. ἔφη οὖν, ἀδικεῖν αὐτὸν, δεύτερον ἥκοντα. ὁ δὲ, ἐπεστράφη· ὁ δὲ, παίσας, ἀποκτείνει αὐτόν. *Bellum erat Athenienſibus adverſus Bæotos de Celænis, qui eſt locus in confiniis. Xanthus vero Bæotus provocavit Athenienſium regem Thymœtem. atque eo recuſante, agens illic Melanthus, Meſſenius genere, à Periclymeno oriundus, Nelei filio, in ſe recepit, ea lege, ut regnum acciperet. itaque, cum jam certamine ſingulari depugnarent, quiſpiam à Xanthi tergo à Melantho eſt conſpectus, pelle caprina nigra amictus. qua de cauſa cum is diceret, inique fieri à Xantho, qui ſecundum ſecum adduceret, atque ille hunc reſpiceret, convertentem ſe Melanthus interfecit.* Quæ totidem verbis etiam Suidas, in Ἀπατούρια: & Apoſtolius, Cent. III. Proverb. LXXIV. Alii tradunt, ſe Melanthum voto quodam obſtrinxiſſe, ſi decipere Xanthum poſſet, Baccho ſacra facturum eſſe: eumque in pugna apparuiſſe, pelle caprina nigra indutum. Etymologici Auctor. Μέλανθος δὲ παρόντων Ἀθηναίων, ὑπέστη τὴν μονομαχίαν· καὶ συνιδὼν, εὔξατο, εἰ ἀπατήσει τὸν Ξάνθον, θύσειν τῷ Διονύσῳ. φανῆναι δὲ τὸν Διόνυσον τῷ Ξάνθῳ, αἰγέαν ἐνειμένον μέλαιναν. *Melanthus verò, præſentibus Athenienſibus, duellum ſuſcepit. cumque jam congrede-*

grederentur, votum fecit, si Xantum falleret, Baccho sacra se facturum. apparuisse vero Bacchum Xantho, caprina pelle nigra amictum. Sed est potius scribendum; φανῆναι δὲ τὸν Διόνυσον τῷ Μελάνθῳ. *apparuisse vero Bacchum Melantho.* Nam hoc verum est: & Melanthus Bacchum videbat, à tergo Xanthi. Et sic habent, Scholiastes Aristophanis, Suidas, atque Apostolius, in citatis ante locis. Conon ait, visum hominem imberbem Ἐπειδὴ δ' εἰς μάχην ἧκον, καθορᾷ ὁ Μέλανθος φάσμα τι, τῷ Ξάνθῳ ἄνδρα ἑπόμενον ἀγένειον. *Vbi vero pugnam iniere, vidit Melanthus visum quoddam, virum à tergo Xanthi imberbem.* Adeoque in memoriam hujus victoriæ, dolo isto reportatæ à Melantho, festum institutum fuit, Ἀπατούρια, quasi dicas *Deceptoria*, ea ex re appellatum: & ob eum, qui cum pelle caprina nigra conspectus erat, aram Bacchi, τοῦ Μελαναιγίδος cognomento, erexerunt. Memorant utrumque Auctores, quos citavi. Conon, Bacchi cognomentum Μελανθίδην, non Μελαναιγίδα, tradit: tum &, Iovi Ἀπατουρίῳ, *Deceptori*, sacra facta. Ἀθηναῖοι δ' ὕστερον Διονύσῳ Μελανθίδῃ κατὰ χρησμὸν ἱερὸν ἱδρυσάμενοι, θύουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος. καὶ τῷ Ἀπατουρίῳ Διῒ ἱερὰ ἀνάπτοντες, ὅτι αὐτοῖς ἐκ τῆς ἀπάτης ἀγώνισμα ἐγένετο. *Athenienses vero postea Baccho Melanthidæ ex oraculo fanum postquam dedicassent, quotannis illi sacra faciunt: Iovi quoque Apaturio sacrificantes, quia dolum in certamine adhibuissent.* Ac Iupiter quidem, qui Cononi Ἀπατούριος, is Auctori Etymologici Ἀπατήνωρ nominatur. Ἀπατήνωρ, οὐχ ὁ Διόνυσος, ἀλλὰ Ζεύς. *Apatenor, non Bacchus, sed Iupiter.* Et postea. Νικήσαντες οὖν Ἀθηναῖοι, Ἀπατήνορα μὲν Δία προσηγόρευσαν. ἀπατούρια δὲ, ἑορτὴν τῷ Διονύσῳ. *Itaque victoria potiti Athenienses, Apatenorem quidem Iovem appellarunt: Apaturia vero, festum Baccho.* Ac, dum regnum, eo modo comparatum, administrat,

venere

venere Athenas Iones : qui admiſſi in civitatem, ob memoriam Ionis, atque ejus meritorum. Pauſanias, in Achaicis. Ἴωνας δὲ, ἀφικομένους ἐς τὴν Ἀττικὴν, Ἀθηναῖοι, καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, Μέλανθος Ἀνδροπόμπου, συνοίκους ἐδέξαντο, Ἴωνός τε δὴ ἕνεκα, καὶ ἔργων ἃ ἔπραξε, πολεμαρχῶν Ἀθηναίοις. *Ionas vero, cum in Atticam veniſſent, Athenienſes, & eorum rex Melanthus, Andropompi filius, recepere in civitatem, in gratiam Ionis, & geſtarum ab illo rerum, cum is bello ab Athenienſibus præfectus eſſet.* Regnavit autem annos ſeptem, & triginta. Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑκκαιδέκατος Μέλανθος Ἀνδροπόμπου Πύλιος ἔτη λζʹ. Hieronymus. *Athenienſibus regnavit decimusſextus Melanthus, annis triginta ſeptem.* Ac conſentiunt Marianus, & Vincentius Bellovacenſis.

Cap. XI.

Melantho vitâ functo, regnum devolutum in Codrum, ejus filium. Quomodo id adeptus fuerit, erutum, ex Ariſtotele: cujus locum viros doctos minus rectè explicare, indicatum. In Atticam incurſantes Heraclidas mox repellit, ejicitque: & Megarica contentos eſſe cogit. Inde, aliis bello eum impetentibus, cum oraculum edixiſſet, armis ſuperiores fore Athenienſes, ſi ipſorum rex occumberet, ipſe ſeſe, animo planè generoſo, & affectu in ſubjectos ſingulari, morti offert: ac, diſſimulato habitu urbe egreſſus, hoſtibusque in ſe ſtudio concitatis, interficitur.

Melantho mortuo, regnum accepit filius Codrus: qui *Exemplar imperatoribus*, ob virtutem, & affectum in rempublicam, apud M. Senecam dicitur. Atque id adeptus fuit, ob rempublicam, bello præclariſſi-

mè gesto, servitute liberatam. Indicat id Aristoteles, Politic. lib. v. cap. x. Καθάπερ οὖν εἴπομεν, ἡ βασιλεία τέτακται κατὰ τὴν ἀριστοκρατίαν. κατ' ἀξίαν γάρ ἐστιν, ἢ κατ' ἰδίαν ἀρετὴν, ἢ κατὰ γένος, ἢ κατ' εὐεργεσίας, ἢ κατὰ ταῦτά γε καὶ δύναμιν. ἅπαντες γὰρ εὐεργετήσαντες, ἢ δυνάμενοι τὰς πόλεις, ἢ τὰ ἔθνη, εὐεργετεῖν, ἐτύγχανον τῆς τιμῆς ταύτης. οἱ μὲν, κατὰ πόλεμον κωλύσαντες δουλεύειν, ὥσπερ Κόδρος· οἱ δ', ἐλευθερώσαντες, ὥσπερ Κῦρος. *Quemadmodum igitur diximus, regnum ad aristocratiam est accommodatum. Est enim ex dignitate, vel ratione propriæ virtutis, vel generis, vel beneficiorum, vel & horum, & potestatis. Nam omnes, quia beneficiis affecerint, vel afficere potuerint, civitates, aut gentes, hunc honorem sunt adepti; hi quidem, depulsa bello servitute, uti Codrus: illi vero, parta libertate, uti Cyrus.* Vnicus est Aristotelis ille locus: neque alii hoc commemorant, qui quidem ad manus nostras pervenere. Minus rectè viri docti ad Peloponnesiorum, de quo statim sum dicturus, bellum referunt; quo amisit regnum Codrus, ut & vitam, non paravit: quod Philosophus sat disertè nobis dicit. Postquam autem regnum consecutus fuit, vicit etiam Heraclidas, Atticam armata manu invadentes: &, expulsos regione omni cætera, sola se Megarica continere jussit. Strabo, lib. IX. Εὐανδρούσης δὲ τῆς Ἀττικῆς, διὰ τοὺς φυγάδας, φοβηθέντες οἱ Ἡρακλεῖδαι, παροξυνάντων αὐτοὺς μάλιστα τῶν ἐν Κορίνθῳ, καὶ τῶν ἐν Μεσσήνῃ, τῶν μὲν διὰ τὴν γειτνίασιν, τῶν δὲ ὅτι Κόδρος ἐβασίλευε τῆς Ἀττικῆς τότε, ὁ τοῦ Μελάνθου παῖς, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὴν Ἀττικήν. ἡττηθέντες δὲ μάχῃ, τῆς μὲν ἄλλης ἐξέστησαν γῆς, τὴν Μεγαρικὴν δὲ κατέσχον. *Cum autem Attica viris frequens esset, propter exules, timentes sibi Heraclidæ, incitantibus maximè Corinthiis, & Messeniis; illis, ob vicinitatem; his, quod filius Melanthi Codrus regnum*

Attica

Atticæ tunc obtineret; bellum Atticæ intulerunt: prælioque superati, reliqua quidem terra omni sunt ejecti, sed Megaricam tenuerunt. Sed illustre maximè fuit regnum ejus suo fine: quem Auctores passim celebrant. Audiamus accurate memorantem Valerium Maximum, lib. v. cap. vi. *Rex Atheniensium Codrus, cum ingenti exercitu hostium Attica regio debilitata, ferro ignique vastaretur, diffidentia humani auxilii, ad Apollinis Delphici oraculum confugit. perque legatos sciscitatus est, quonam modo illud tam grave bellum discuti posset; respondit deus: ita finem illi fore, si ipse hostili manu occidisset. Quod quidem non solum totis Athenis, sed in castris etiam contrariis, percrebuit. eoque factum est, ut ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret. Id postquam cognovit, depositis insignibus imperii, familiarem cultum induit, ac pabulantium hostium globo sese objecit: unumque ex his, falce sua percussum, in cædem suam compulit. Cujus interitu, ne Athenæ occiderent, effectum est.* Polyænus, lib. I. Ἀθηναίοις, καὶ Πελοποννησίοις, πόλεμος ἦν. ὁ θεὸς ἔχρησε, νικᾷν Ἀθηναίους, εἰ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἀποθάνοι πρὸς ἀνδρὸς Πελοποννησίου. Κόδρος ἦν Ἀθηναίων βασιλεύς. οἱ πολέμιοι, τὸ λόγιον εἰδότες, κοινὸν αὐτοῖς ἦν παράγγελμα, ἐν ταῖς μάχαις ἀπέχεσθαι Κόδρου. ὁ δὲ, ἦν γὰρ ἑσπέρα, σχῆμα Φρυγανιστῆρος λαβὼν, τοῦ χάρακος παρελθὼν, ἔτεμνε τὴν ὕλην. ἔτυχον δὲ καὶ Πελοποννήσιοι ἄνδρες κατὰ Φρυγανισμὸν ἥκοντες. ἀψιμαχεῖ τούτοις Κόδρος, ὥστε καὶ, τὸ δρέπανον ἐπ' αὐτοὺς ἐπανατεινάμενος, ἔτρωσεν. οἱ δὲ Φθάσαντες, ἀνακαίνουσιν αὐτὸν τοῖς δρεπάνοις· καὶ γαννύμενοι, ἀπηλλάγησαν, ὡς ἀνδραγάθημα δὴ πεποιηκότες παιωνίσαντες. Ἀθηναῖοι, (τί γὰρ οὐκ ἔμελλον, τοῦ λογίου πεπληρωμένου;) θυμῷ καὶ ῥώμῃ πλείονι προσῆσαν εἰς μάχην. καὶ, πρὸ τῆς μάχης κήρυκα πέμψαντες, ᾔτησαν ἀναίρεσιν τοῦ βασιλέως. Πελοποννήσιοι μὲν οὖν, συνέντες τοῦ γεγονότος, ἔφυγον.

Athe-

Atheniensibus, & Peloponnesiis, bellum erat. & oraculo respondit deus, victores Athenienses fore, si à viro Peloponnesio rex ipsorum occideretur. atque rex tunc Codrus erat. Hostes, postquam de oraculo accepissent, commune edictum proposuerunt, ut in prælio cuncti à Codro abstinerent. At ille, siquidem vespera erat, habitu lignatoris sumpto, fossam transgressus, ligna cædebat. ac venere etiam ad lignationem viri quidam Peloponnesii, cum quibus pugnam incipit Codrus, falce extensa, eos vulnerans. illi autem ocyus eum interficiunt; ac cum gaudio, velut re præclare gesta, mox discedunt. Athenienses, (nam quid non facturi essent, jam oraculo impleto?) animo majore, & viribus, in pugnam prodeunt. antequam tamen consererent manum, per præconem petunt, uti tollere ad sepulturam regem liceat. verum re Peloponnesii intellecta, se in fugam conjecere. Velleius, lib. I. *Codrus, Melanthi filius, vir non prætereundus. quippe, cum Lacedæmonii gravi bello Atticos premerent, respondissetque Pythius, quorum dux ab hoste occisus esset, eos futuros superiores; deposita veste regia, pastoralem cultum induit: immistusque castris hostium, de industria, imprudenter rixam ciens, interemptus est. Codrum, cum morte æterna gloria; Athenienses, secuta victoria est.* Videndi quoque, Iustinus, lib. II; Conon, Narrat. XXVI; Augustinus, De Civ. Dei, lib. XVIII. cap. XIX. Ioannes Tzetzes, Chil. I. cap. IV; Isacius Tzetzes, ad Lycophronem; Sostratus, Thracicorum lib. II; Pausanias, in Atticis, & Achaicis; Otho Frisingensis, l. I. cap. XXVIII; Eusebius, & Hieronymus, in Chronicis; Suidas, in Εὐγενέστερος Κόδρου. Sed Lycurgus ante omnes, Orat. in Leocratem: cujus verba hic repræsentanda censeo. Ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος, Πελοποννησίοις γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν, ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὴν πόλιν ἡμῶν, καὶ ἡμῶν τοὺς προγόνους ἐξαναστήσαντας, κατανείμασθαι τὴν χώραν.

καὶ

καὶ πρῶτον μὲν, εἰς Δελφοὺς ἀποστείλαντες, τὸν θεὸν ἐπηρώτων, εἰ ἐπιλήψονται τὰς Ἀθήνας. ἀνελόντος δὲ τοῦ θεοῦ αὐτοῖς, ὅτι τὴν πόλιν αἱρήσουσιν, ἐὰν μὴ τὸν βασιλέα τῶν Ἀθηναίων Κόδρον ἀποκτείνωσιν, ἐστράτευον ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. Κλεόμαντις δὲ, τῶν Δελφῶν τὶς, πυθόμενος τὸ χρηστήριον, δι' ἀπορρήτων ἐξήγγειλε τοῖς Ἀθηναίοις. Φασὶ γοῦν τὸν Κόδρον, παραγγείλαντα τοῖς Ἀθηναίοις προσέχειν, ὅταν τελευτήσῃ τὸν βίον, λαβόντα πτωχικὴν στολὴν, ὅπως ἂν ἀπατήσῃ τοὺς πολεμίους, κατὰ τὰς πύλας ὑποδύντα, φρύγανα συλλέγειν πρὸ τῆς πόλεως. προσελθόντων δ' αὐτῷ δυοῖν ἐκ τοῦ στρατοπέδου, καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν πυνθανομένων, τὸν ἕτερον αὐτῶν ἀποκτεῖναι, τῷ δρεπάνῳ προσπεσόντα. τὸν δὲ περιλελειμμένον, παροξυνθέντα τῷ Κόδρῳ, καὶ νομίσαντα πτωχὸν εἶναι, σπασάμενον τὸ ξίφος, ἀποκτεῖναι τὸν Κόδρον. τούτων δὲ γενομένων, οἱ μὲν Ἀθηναῖοι, κήρυκα πέμψαντες, ἠξίουν δοῦναι τὸν βασιλέα θάψαι, λέγοντες αὐτοῖς ἅπασαν τὴν ἀλήθειαν. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, τοῦτον μὲν ἀπέδοσαν. γνόντες δὲ, ὡς οὐκ ἔτι δυνατὸν αὐτοῖς τὴν χώραν καταχεῖν, ἀπεχώρησαν. *Codro regnum obtinente, Peloponesiis, sterilitate laborantibus, visum fuit, bello petere urbem nostram: &, majoribus nostris pulsis, regionem distribuere. ac primo quidem, missis Delphos legatis, Apollinem interrogabant, an capturi Athenas essent. cumque respondisset deus, capturos fore, nisi regem Atheniensium interficerent, bellum contra Athenienses susceperunt. Cleomantis vero, quidam è Delphorum civibus, cum oraculum rescivisset, clam id Atheniensibus enuntiat. qua de causa Codrum ajunt, cum mandasset Atheniensibus, uti, quando cæsus esset, observarent; habitu mendici sumpto, quo decipere hostem posset, porta clanculum exiisse, ad sarmenta colligenda. cumque duo ad ipsum è castris accessissent, ac res urbis sciscitarentur; alterum horum, falce irruentem, occidisse. & superstitem, ad versus Codrum, quem mendicum existimaret, asperatum, stricto gladio, Codrum rursum occidisse. quibus actis, Athenienses per præco-*

nem regem sibi, ut sepeliant, reddi petunt, veritatem ipsis omnem exponentes. Ac Peloponnesii quidem, ipsum reddunt: gnari vero, non se deinceps expugnare urbem posse, discessere. Meminerunt etiam strictim, Plato, in Convivio; Cicero, De Fin. lib. v; &, De Nat. deorum, lib. III; Horatius, lib. III. Od. XIX; Pollux, lib. x. cap. XXIX; Lactantius, lib. III. cap. XII; Hieronymus, in Epist. ad Ephes. cap. I. Theodoretus, Therapeut. lib. VII: & plures alii.

CAP. XII.

Dissidium Auctorum, in historiæ hujus partibus; cum Peloponnesios quidam; alii, Lacedæmonios; & nonnulli, Dorienses; vel &, Thraces; bellum id intulisse tradant. atque de prioribus tribus, res composita: ac fortasse & de Thracibus. Variatum & de oraculo; quod nonnulli Atheniensibus, quidam hostibus datum tradunt: quidam etiam non explicant, utra illud pars acceperit. Etiam neque de habitu omnes eadem memorare, indicatum: ac Valerius Maximus fortè emendatus.

VErum, in historiæ partibus, dissentire Auctores video: quosdam etiam plenius aliis eam totam enarrare. ego singula, data nunc occasione, explicanda mihi censeo. Ac primò quidem, quisnam ille hostis fuerit, qui Athenis bellum per id tempus moverit, variè tradunt: & sunt, qui Peloponnesios; item, qui Lacedæmonios; alii quoque, Dorienses; quidam rursus, Thraces dicunt. Et Peloponnesios quidem, Lycurgus memorat, in citatis antè verbis. Ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος Πελοποννησίοις, γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν, ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὴν πόλιν ἡμῶν. *Codro regnum obtinente, Peloponnesiis, sterili-*

sterilitate laborantibus, visum fuit, bello petere urbem nostram. Polyænus. Ἀθηναίοις, καὶ Πελοποννησίοις, πόλεμος ἦν. *Athieniensibus, & Peloponnesiis, bellum erat.* Augustinus, De Civit. dei, lib. XVIII. cap. XIX. *Per idem tempus Codrus, rex Atheniensium, Peloponnensibus, ejusdem hostibus civitatis, se interficiendum ignotus objecit.* Orosius. lib. I. cap. XVIII. *Peloponnensium clades, Codro moriente.* Ac consentiunt, Eusebius, & Hieronymus, in Chronicis; Otho Frisingensis, lib. I. cap. XXVIII: ac Pausanias, in Atticis, & Achaicis. Lacedæmonios, tradit Isaacius Tzetzes, in Lycophronem. Πολεμούντων Λακεδαιμονίων τοῖς Ἀθηναίοις, χρησμὸν ἔλαβον οἱ Λακεδαιμόνιοι, φυλάττεσθαι κτείνειν τὸν Ἀθηναίων στρατηγόν. *Bellum gerentibus Lacedæmoniis adversus Athenienses, oraculum accepere Lacedæmonii, ut caverent, ne Atheniensium ducem interficerent.* Et mox. Μαθόντες δὲ τοῦτο οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἀπηλλάγησαν. *Lacedæmonii, postquam illud rescivissent, discessere.* Velleius. *Cum Lacedæmonii gravi bello Atticos premerent.* Servius, ad Eclogam V. *Codrus dux Atheniensium fuit; qui, orto bello inter Laconas, & Athenienses, cum respondisset oraculum,* &c. Ioannes Tzetzes, Chil. I. cap. IV.

Λακώνων Ἀθηναίων τε ποτὲ γὰρ πολεμούντων,
Χρησμὸς ἐδόθη Λάκωσι, μεγάλως ἡττηθῆναι,
Ἄν τις ἐκ τούτων στρατηγὸν τῶν Ἀθηναίων κτείνῃ.
Lacedæmoniis enim & Atheniensibus olim bellantibus,
Oraculum datum est Lacedæmoniis, insigniter vincendos
Si quis ex illis ducem Atheniensium occidisset. (*fore,*

Pausanias utrosque nominat, in Achaicis. Ταῦτα Ἕλλησιν ἦλθεν ἐς μνήμην, ὅτε ἀφίκοντο ἐπὶ Ἀθήνας Πελοποννήσιοι, τότε Κόδρον τοῖς Ἀθηναίοις βασιλεύοντος. ὁ μὲν δὴ ἄλλος στρατὸς τῶν Πελοποννησίων, ἀπεχώρησεν ἐκ τῆς Ἀττικῆς, ἐπειδὴ ἐπεπύθοντο τοῦ Κόδρου τὴν τελευτήν, καὶ ὅν τινα ἐγένετο αὐτῷ τρόπον. οὐ γὰρ εἶναι νίκην

νίκην ἔπι σφίσι, κατὰ τὸ ἐκ Δελφῶν μάντευμα, ἤλπιζον. Λακεδαιμονίων δὲ ἄνδρες, γενόμενοι μὲν ἐντὸς τείχους, λανθάνουσιν ἐν τῇ νυκτί. ἅμα δὲ ἡμέρα, τούς τε ἑαυτῶν ἀπεληλυθότας αἰσθάνονται, καὶ, ἀθροιζομένων ἐπ' αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων, καταφεύγουσιν ἐς τὸν Ἄρειον πάγον. *Hæc redierunt in memoriam Græcis, cum essent Peloponnesii Athenas adorti, rege Codro. tunc enim ex Attica reliquæ Peloponnesiorum copiæ recesserunt, audita Codri morte, cognitoque mortis genere. neque enim, juxta Delphicum responsum, spes ulla reliqua erat. Ex Lacedæmoniis autem ii, qui intra mœnia erant, illa nocte delitebant: verum, postquam illuxisset, & Athenienses in eos concurrerent, in Areopagum confugerunt.* Sed concilio; nam Loconica erat è Peloponnesi regionibus: quæ à Mela referuntur, in hunc modum, lib. II. cap. III. *In Peloponneso Argolis, Laconice, Messenia, Achaia, Etis, Arcadia.* Quidam, Dorienses tradunt, uti dixi: estque inter illos Conon, Narrat. XXVI. Καὶ ἀμειψάμενος (ὁ Κόδρος) τὴν στολὴν, ὡς εἷς τῶν ξυλοφόρων, ὑφ' ἑνὸς τῶν Δωριέων ἀναιρεῖται. καὶ γνόντες ὕστερον Δωριεῖς, καὶ ἀπογνόντες τὴν νίκην, ἐσπείσαντο Ἀθηναίοις. *Cum mutasset (Codrus) vestem, quasi lignatorum unus, à quodam Doriensium occiditur. idque postquam cognovissent Dorienses, de victoria desperantes, fœdus cum Atheniensibus pepigerunt.* Iustinus, lib. II. *Erant inter Athenienses, & Dorienses, simultatum veteres offensæ: quas vindicaturi bello Dorienses, de eventu prœlii oracula consuluerunt. responsum, superiores fore, ni regem Atheniensium occidissent.* Ac deinde. *Cognito regis corpore, Dorienses sine prœlio discedunt.* Ammianus, lib. XXII. *In Asia per Nileum multo ante locati, Codri illius filium, qui se pro patria bello fertur Dorico devovisse.* Nec aliter Herodotus, lib. V; Suidas, in εὐγενέστερος Κόδρου; Joannes Salisberiensis, Polycratici lib. IV. cap. III. Aristides, in Panathenaicâ, Dorienses, & Pe-

& Peloponnesios, refert. Κόδρος ἦ, ἐν τῷ πρὸς Δωριέας πολέμῳ, καὶ Πελοποννησίους, αὐτὸς ἐθελοντὴς (λέγεται) ἀποθανεῖν. *Codrus vero, bello contra Dorienses, & Peloponnesios, ultrò pro regione (fertur) mortem oppetiisse.* Certè Doris, quam vocabant, non inter Pelopennesi regiones, verum Græciæ, propriè sic appellatæ, censebatur. sed sciendum, Peloponnesios linguâ Doricâ usos esse: atque ita Dorienses ab Auctoribus, quos citavi, in historia hac vocari. Enimvero quid de Sostrato statuemus, qui à Thracibus bellum istud gestum dicit? Ecce tibi verba ejus, è secundo Thracicorum libro sumpta, apud Stobæum, Serm. VII. Ἀθηναῖοι, πρὸς Θρᾷκας πόλεμον ἔχοντες, στρατηγὸν ἐχειροτόνησαν Κόδρον. *Athenienses, orto contra Thracas bello, ducem elegerunt Codrum.* Equidem non alios pûtandos censeo, quam qui Dauliam, Phocidis urbem incolebant; de quibus & supra dixi, lib. II. cap. IV: suntque & illi Dorienses, uti & Peloponnesii, verum tamen non Lacones. Itaque non hoc expedio. Porro neque de oraculo satis convenit inter Auctores, hostibusne illud datum, an Atheniensibus fuerit. Atheniensibus quidem datum dicit Valerius. *Codrus, cum ingenti exercitu hostium Attica regio debilitata ferro ignique vastaretur, diffidentia humani auxilii, ad Apollinis Delphici oraculum confugit: perque legatos sciscitatus est, quonam modo illud tam grave bellum discuti posset.* Polyænus. Ἀθηναίοις, καὶ Πελοποννησίοις, πόλεμος ἦν. ὁ θεὸς ἔχρησε, νικᾷν Ἀθηναίους, εἰ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἀποθάνοι πρὸς ἀνδρὸς Πελοποννησίου. Κόδρος ἦν Ἀθηναίων βασιλεύς. οἱ πολέμιοι, τὸ λόγιον εἰδότες, κοινὸν αὐτοῖς ἦν παράγγελμα, ἐν ταῖς μάχαις ἀπέχεσθαι Κόδρου. *Atheniensibus, & Peloponnesiis, bellum erat. oraculo respondit deus, Athenienses victores fore, si rex ipsorum à viro Peloponnesio occideretur. hostes, postquam de oraculo accepissent, commune*

edictum proposuerunt, ut à Codro in præliis omnes abstinerent. Non expresse quidem dicit, ab Atheniensibus consultum oraculum, sed colligere tamen licet satis certo. Contra, hostes oraculum consuluisse, alii volunt. Lycurgus. Ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος, Πελοποννησίοις γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν, ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὴν πόλιν ἡμῶν. καὶ, ἡμῶν τοὺς προγόνους ἐξαναστήσαντας, καταινείμασθαι τὴν χώραν. καὶ πρῶτον μὲν εἰς Δελφοὺς ἀποστείλαντες, τὸν θεὸν ἐπηρώτων, εἰ ἐπιλήψονται τὰς Ἀθήνας. *Codro regnum obtinente, Peloponnesiis, sterilitate laborantibus, visum fuit, bello petere urbem nostram: & , majoribus nostris pulsis, regionem distribuere. ac primo quidem, missis Delphos legatis, Apollinem interrogabant, an capturi Athenas essent.* Iustinus, lib. XI. *Erant inter Athenienses, & Dorienses, simultatum veteres offensæ: quas vindicaturi bello Dorienses, de eventu prælii oracula consuluerunt.* Ioannes Salisberiensis, Polycratici lib. IV. cap. III. *Dorienses, cum Atheniensibus pugnaturi, de eventu prælii oracula consuluerunt.* Sostratus, Thracicorum lib. II. Χρησμὸν εἰλήφασιν οἱ πολέμιοι, ἐγκρατεῖς τῆς νίκης γενήσεσθαι, ἐὰν τοῦ στρατηγοῦ φείζωνται τῶν Ἀθηναίων. *Oraculum hostes accepere, fore ut victoriam obtineant, si Atheniensium duci parcerent.* Neque aliter Ioannes Tzetzes, Chil. I. cap. IV; Isacius Tzetzes, ad Lycophronem; Augustinus, De Civit. dei, lib. XVIII. cap. XIX; Conon, Narrat. XXVI. Quidam in medio relinquunt: nec exponunt, quibus illud datum fuerit. Velleius, lib. I. *Cum Lacedæmonii gravi bello Atticos premerent, respondissetque Pythius, quorum dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores.* Servius, ad Eclogam V. *Orto bello inter Laconas, & Athenienses, cum respondisset oraculum, illos posse vincere, quorum dux ab hostibus fuisset occisus, &c.* Nec de habitu idem dicunt: nam mendici eum sumpsisse, tradit Lycurgus.

curgus φασὶ γοῦν τὸν Κόδρον, παραγγείλαντα τοῖς Ἀθηναίοις, περιέχειν, ὅταν τελευτήσῃ τὸν βίον, λαβόντα πτωχικὴν στολὴν, ὅπως ἀπατήσῃ τοὺς πολεμίους, &c. *Qua de causa Codrum ajunt, cum mandasset Athenienſibus, uti, quando cæsus foret, obſervarent; ſumpto habitu mendici, quo decipere hoſtem poſſet*, &c. Et paullo poſt. τὸν δὲ παραλελειμμένον, παροξυνθέντα τῷ Κόδρῳ, καὶ νομίσαντα πτωχὸν εἶναι, σπασάμενον τὸ ξίφος, ἀποκτεῖναι τὸν Κόδρον. *Ac ſuperſtitem, adverſum Codrum, quem mendicum exiſtimaret, aſperatum, ſtricto gladio, Codrum occidiſſe*. Simpliciter *pauperis* habitu diſſimulaſſe regem, tradit Auguſtinus. *Fefellit ergo eos, habitu pauperis apparendo*. Servius, *humilem* dicit. *Habitu humili profectus eſt ad hoſtium vicina tentoria*. Alii, *lignatoris* dicunt. Polyænus. ὁ δὲ, ἦν γὰρ ἑσπέρα, σχῆμα φρυγανιστήρος λαβὼν, τοῦ χάρακος παρελθὼν, ἔτεμνε τὴν ὕλην. *Hic vero, ſiquidem veſpera erat, habitu lignatoris ſumpto, foſſam tranſgreſſus, ſilvam cædebat*. Soſtratus. Ὡς εἷς ξυλοφόρων, ὑφ' ἑνὸς τῶν Δωριέων ἀναιρεῖται. *Velut aliquis lignatorum, à Dorienſium quodam occiditur*. Et Lycophron, Δρυηκόπον dicit: de Neleo agens, ejus filio.

Τρίτος δ', ἄνακτος τοῦ δρυηκόπου γόνος.
Tertius vero, regis lignatoris filius.

Idem quoque eſt apud Suidam, & Ioannem Tzetzen. Velleius, *paſtoris* dicit. *Depoſita veſte regia, paſtoralem cultum induit*. Pollux, *ruſtici* ait, lib. x. cap. xxix. Περὶ γὰρ τοῦ Κόδρου λέγων, ὅτι ἐπὶ φρυγανισμὸν ἐξῆλθεν ἐν ἀγροίκῳ τῇ σκευῇ, βουλόμενος λαθεῖν, φησίν. *Etenim de Codro loquens, quod lignatum egreſſus eſt ruſtico habitu, latere cupiens, dicit*. Cicero, *famuli*: Tuſcul. Quæſt. lib. I. *Codrum, qui ſe in medios immiſit hoſtes, veſte famulari, ne poſſet agnoſci, ſi eſſet ornatu regio*. Ac fortaſſe ſic Valerius quoque ſcripſit. *Depoſitis inſignibus imperii, famularem cultum*

tum induit. Hactenus deditur: *familiarem cul. ind.*

CAP. XIII.

Dissidium Auctorum etiam de morte ejus. Oraculum, à Cleomanti, seu Cleomene, indicatum: cui ideo, posterisque, præbitus in Prytaneo victus fuit. Quo diei tempore ex urbe exierit: tum &, ubi cæsus fuerit. Causa belli, frugum inopia; sive etiam, exules Peloponnesii, quos in urbem recepissent: & ex ea re simultas, planè vetus. Denique & belli illius dux ostensus.

QVod ad Codri rixam attinet, est de hac Virgilii locus, Eclog. v.

Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri.

Sed de morte, etiam ab aliis dissentit Conon, apud Photium: neque ultro se ad eam obtulisse, verum à civibus persuasum refert. Καὶ τοῦ χρησμοῦ γνωσθέντος Ἀθηναίοις, πείθουσι Κόδρον, ἑβδομηκοντούτην ὄντα, ἑκόντα δοῦναι ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. *Athenienses, cum oraculum rescivissent, persuadent Codro, septuagenario jam existenti, ut se volens pro patria devoveret.* Oraculum vero, postquam hostibus fere omnes datum dicant, ac deinde ad Athenienses emanasse; nemo tamen, quonam modo id resciverint, explicat, præter Lycurgum: qui id Cleomantim Delphicum clam enuntiasse dicit. Κλεόμαντις δὲ, τῶν Δελφῶν τις, πυθόμενος τὸ χρηστήριον, δι' ἀπορρήτων ἐξήγγελε τοῖς Ἀθηναίοις. *Cleomantis vero, quidam è Delphorum civibus, cum oraculum rescivisset, occulte id Atheniensibus enuntiat.* Adeoque, beneficii hujus ergo, postea Athenienses victum ei, posterisque, in Prytaneo decrevere. Idem Lycurgus postea. Τῷ δὲ Κλεομάντει τῷ Δελφῷ ἡ πόλις, αὐτῷ

τε καὶ ἐκγόνοις, ἐν Πρυτανείῳ ἀΐδιον σίτησιν ἔδωσεν. *Cleomanti vero Delphico, cum ipsi tum posteris, perpetuum in Prytaneo victum urbs decrevit.* Apud Suidam, qui transſcripſit hîc Lycurgum, quanquam, uti ferè ſolet, nomine diſſimulato, Cleomenes, non Cleomantis, nominatur. Κλεομένην δὲ τὸν Δελφὸν, πυθέσθαι τὸν χρησμὸν, καὶ ἀποστεῖλαι τοῖς Ἀθηναίοις. *Cleomenem vero Delphicum, hoc oraculum audiviſſe, & miſiſſe Athenienſibus.* Tempus diei, quo egreſſus urbe fuerit, veſpertinum Polyęnus nobis refert. Ὁ δὲ, ἦν γὰρ ἑσπέρα, σχῆμα φρυγανιστῆρος λαβὼν, τοῦ χάρακος παρελθὼν, ἔτεμνε τὴν ὕλην. *Hic vero, ſiquidem veſpera erat, ſumpto lignatoris habitu, foſſam tranſgreſſus, ſilvam cædebat.* Locum cædis, deſignat Pauſanias, in Atticis, juxta fluvium Iliſſum. Ἐθέλουσι δὲ Ἀθηναῖοι, καὶ ἄλλων θεῶν ἱερὸν εἶναι τὸν Εἰλισσόν. καὶ Μουσῶν βωμός ἐπ' αὐτῷ ἐστιν Εἰλισσιάδων. δείκνυται δὲ καὶ ἔνθα Πελοποννήσιοι Κόδρον, τὸν Μελάνθου, βασιλεύοντα Ἀθηναίων, κτείνουσι. *Cupiunt verò Athenienſes, & aliis diis ſacrum eſſe Iliſſum: & Muſarum Iliſſiadum ara eſt in ejus ripa. Oſtenditur vero etiam locus, ubi Peloponneſii Codrum, Melanthi filium, occiderunt.* Porro neque illud mihi negligendum hic exiſtimo; quænam belli cauſa fuerit: &, quo duce hoſtes uſi. Cauſam, tres ſunt qui exponunt; neque illi eodem modo: ducem, ſolus Conon tradit. Atque cauſam, Lycurgus quidem, frugum inopiam commemorat Ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος, Πελοποννησίοις, γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν, ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὴν πόλιν ἡμῶν. *Codro regnum obtinente, Peloponneſiis, ſterilitate laborãtibus, viſum fuit urbem noſtram bello petere.* Et Suidas, iſtis verbis, ex Lycurgo commutatis. Γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν πᾶσαν, ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. *Oborta ſterilitate per univerſam regionem, viſum fuit bello petere Athenas.* Ac paulo antè, ex Eudemo,

ideo susceptum dicit illud bellum, quod Peloponnesios profugientes recepissent: Melanthum inter istos, Codri patrem ὁ Κόδρος, Δωριέων ἐπιστρατευσάντων Ἀθηναίοις, ἐπεὶ τοὺς ἐκ Πελοποννήσου φυγάδας προσεδέξαντο, ἐν οἷς καὶ Μέλανθον, &c. *Codrus, cum Dorienses bellum Atheniensibus intulissent, quod exules Peloponnesios recepissent, & in his Melanthum item,* &c. Quæ totidem verbis, hinc descriptis, Apostolius, Cent. IX. Proverb XXVII Et hoc ipsum à Iustino designatum, qui in causa veteres simultates ponit. *Erant inter Athenienses, & Dorienses, simultatium veteres offensæ: quas vindicaturi bello Dorienses, de eventu prœlii oracula consuluerunt.* Sanè offensæ veteres erant, & annorum amplius quinquaginta octo: siquidem tot numerantur à principio Melanthi, ad finem Codri. Ducem vero eo bello, fuisse Aleten, Hippotæ filium, refert hunc in modum Conon. Ὁ δὲ Ἱππότης ἀλώμενος, τίκτει παῖδα, ἐκ τοῦ πράγματος Ἀλήτην καλέσας. ὃς ἀνδρωθεὶς, καὶ μοῖραν τοῦ Δωρικοῦ συλλέξας, καὶ Σισυφίδας ἐκβαλὼν Κορίνθου, βασιλέας ὄντας, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς Ἴωνας, ἀνοικίζει τὴν πόλιν, καὶ ἐπῄει κατὰ τῆς Ἀττικῆς. ὅτε καὶ χρησμὸν λαμβάνει, νικήσειν, εἰ ἀπόσχοιτο τοῦ βασιλέως Ἀθηναίων. *Hippotes vero oberrans, filium genuit, cui Aletæ ex re ea nomen dedit. qui, vir factus, Dorici populi parte collecta, ac Sisyphidis, qui tunc reges erant, ejectis Corintho, sociisque eorum Ionibus, urbem illam denuo habitatoribus replet, & in Atticam arma movet. quo tempore oraculum accipit, victorem fore, si à rege Atheniensium abstineret.*

CAP. XIV.

Quoto regni, & ætatis, anno obierit. Inter heroes relatus: statuaque ei Delphis, ubi cæteris heroibus, multo post hæc dedi-

dedicata, è pugnæ Marathoniæ spoliis, à Phidia facta. Κόδροι *dicti viri pariter honorati, stolidique. Proverbium,* Κόδρου εὐγενέστερος: *& ex hoc Themistii locus illustratus. Etiam alterum,* Πρεσβύτερος Κόδρου. *Ejus liberi.*

ITaque Codrus hunc in modum simul regnum, & vitam perdidit: cum regnasset annos unum, & viginti. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑπτακαιδέκατος Κόδρος Μελάνθου ἔτη κα΄. Hieronymus. *Atheniensibus regnavit decimusseptimus Codrus, Melanthi filius, annos* XXI. Ac consentiunt, Cedrenus, Marianus, & Vincentius. Vixeratque annos tunc septuaginta. Conon, apud Photium, Narrat. XXVI. καὶ, τοῦ χρησμοῦ γνωσθέντος τοῖς Ἀθηναίοις, πείθουσι Κόδρον, ἑβδομηκοντούτην ὄντα, ἐκόντα δοῦναι ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. *Et Athenienses, cum oraculum cognovissent, persuadent Codro, qui jam septuagenarius esset, uti volens patriæ se condonaret.* Ac defunctum Athenienses inter heroas retulere Polyænus, lib. I. Ἀθηναῖοι δὲ, νικήσαντες, Κόδρῳ τιμὰς ἀνεστήσαντο τῶν ἡρώων· ὅτι περ τοὺς πολεμίους ἑκουσίῳ θανάτῳ κατεστρατήγησεν. *Athenienses vero, victoria potiti, Codro honores heroum habuerunt: quod morte ultronea hostes solertia imperatoria superasset.* Augustinus, De Civit. dei, lib. XVIII. cap. XIX. *Et hunc (Codrum) Athenienses, tanquam deum, sacrificiorum honore coluerunt.* Otho Frisingensis, lib. I. cap. XXVIII. *Quem (Codrum) Athenienses ob hoc cultu divino honorare decreverunt.* Quin & statuam illi Delphis dedicarunt, inter cæteros heroas: quanlibet post longum tempus, è manubiis celebris pugnæ Marathoniæ, à Phidia factam. Pausanias, in Phocicis ubi Delphorum donaria describit. Εἰσὶ δὲ Ἀθηνᾶ τε καὶ Ἀπόλλων, καὶ ἀνὴρ τῶν στρατηγησάντων, Μιλτιάδης. ἐκ δὲ τῶν ἡρώων καλουμένων, Ἐρεχθεὺς, καὶ Κέκροψ, καὶ Πανδίων, καὶ Κελεός

λεός τε καὶ Ἀντίοχος, ὁ ἐκ Μιδείας Ἡρακλεῖ γενόμενος τῆς Φυλαντος: ἐπὶ δὲ Αἰγεύς τε καὶ παίδων τῶν Θησέως Ἀκάμας. οὗτοι μὲν φυλαῖς Ἀθήνησιν ὀνόματα κατὰ μάντευμα ἔδοσαν τὸ ἐκ Δελφῶν. ὅ τε Μελάνθου Κόδρος, καὶ Θησεύς, καὶ Φυλεύς ἐστιν. οὗτοι δὲ οὐκέτι τῶν ἐπωνύμων εἰσί. τοὺς μὲν δὴ κατειλεγμένους Φειδίας ἐποίησε· καὶ, ἀληθεῖ λόγῳ, δεκάτη καὶ οὗτοι τῆς μάχης εἰσί. *Sunt Minerva, & Apollo; &, ex iis qui exercitum duxerunt, Miltiades. ex iis verò, qui heroum nomine celebrantur, Erechtheus, Cecrops, & Pandion: Celeus etiam, & Antiochus, quem suscepit Hercules ex Midea, Phylantis filia. tum Ægeus, & de Thesei filiis, Acamas. hi enim Atheniensium tribubus ex Apollinis Delphici oraculo nomina dederunt. Sunt etiam, Melanthi filius Codrus, Theseus, & Phyleus: cum ab his tamen non acceperint tribus nomina. Atque hoc quidem, quos percensuimus, Phidias fecit: suntque, ut verè fertur, ex decima pugnæ Marathoniæ.* Ab hoc quoque ortum proverbium, Εὐγενέστερος Κόδρου. *Generosior Codro*: de quo est cum apud Suidam, tum apud Diogenianum. Cent. IV. Proverb. LXXXIV: & Apostolium, Cent. IX. Proverb. XXVII. Vtiturque Lucianus, in Timone. Ὀμνύουσιν ἢ μὴν εὐμορφότερον μὲν Νιρέως εἶναι αὐτὸν, εὐγενέστερον δὲ τοῦ Κέκροπος, ἢ Κόδρου, συνετώτερον δὲ τοῦ Ὀδυσσέως. *Iurantibus, aut Nereo formosiorem esse; aut generosiorem Cecrope, Codrove: aut prudentiorem Vlysse.* Iterum, in Dialogo Simyli, ac Polystrati. Κόδρου δὲ εὐγενέστερος, καὶ Νιρέως καλλίων, καὶ Ὀδυσσέως συνετώτερος. *Codro vero generosior, & Nireo formosior, & Vlysse prudentior.* Et respexit ad Proverbium hoc Themistius, Orat. I. Πάντας γὰρ τοὺς κορυφαίους, ἐν φιλοσοφίᾳ λάβοιτε ἂν, τοὺς προγόνους ἀνερευνῶντες, Διοτρεφεῖς τε καὶ Διογενεῖς, καθάπερ Ὅμηρος λέγει, καὶ τῇ παροιμίᾳ πρέποντας, τῇ ἀπὸ Κόδρου. *Vniversos enim Philosophiæ principes invenietis, ab Iove, ut Homerus ait, genitos, & educatos: ac proverbio, quod*

à Codro usurpatur, convenientes. Quin & hoc honori ejus est tributum; uti Κόδροι viri quique honorati dicerentur. Suidas οἱ δὲ ῥήτορες, τῷ Κόδρος ἐπὶ τοῦ ἐντίμου ἐχρήσαντο· ὡς φησὶν Εὔδημος, ἐν τῷ περὶ λέξεων ῥητορικῶν. *Rhetores autem, Codri voce usi sunt pro homine quodam honorato: sicut auctor est Eudemus, in Opere De dictionibus Rhetoricis.* Sed & contra, pro insulso, fatuoque, plures usi. Hesychius. Κόδρους, οὓς ἡμεῖς λέγομεν κρονικούς τινας, τὸ ἀρχαῖον αὐτῶν ἐμφανίζοντες. *Codros, quos Saturnios nos dicimus, stultitiam ipsorum indicantes.* Rem & causam, tradit Eustathius, Odyss. α. κόδρος δὲ, θανάτῳ ἑαυτὸν ἐπιδιδοὺς, ὑπὲρ τῆς τῶν πατριωτῶν νίκης, ὡς καὶ Λυκόφρων ὑπολαλεῖ, ἐποίησε Κόδρους καλεῖσθαι τοὺς δι' ἀρχαιότητα εὐήθεις. *Codrus vero, cum in mortem se dedisset, pro victoria civium, quemadmodum & Lycophron innuit, fecit, ut Codri vocarentur, qui præ senio delirarent.* Hominis barbariem quandam notat Strabo, lib. VII. Καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων δὲ ἐνίων τὸ βάρβαρον ἐμφαίνεται· Κέκροψ, καὶ Κόδρος. *Quin & ipsis nominibus quibusdam, ut sunt, Cecrops, & Codrus, barbaries ostenditur.* Certè pro insulso, ac fatuo, dixit etiam Martialis, l. III. epigramm. XV.

Plus credit nemo quàm tota Codrus in urbe,
Cum sit tam pauper: quomodo? cæcus amat.

Sic poëtam insulsum perstringens Iuvenalis, Sat. I.

Vexatus toties rauci Theseide Codri.

Iterum de alio quodam, item fatuo, Sat. III.

Lectus erat Codro Proculâ minor. ———

Nec multo post:

Nil habuit Codrus. quis enim negat? ———

Virgilius, Ecloga VII.

——— *invidia rumpantur ut ilia Codro.*

Aliud quoque proverbium ab eo usurpari solitum, Πρεσβύτερος Κόδρου. *Antiquior Codro.* Tarrhæus. Πρεσβύτερος

περ@ Κόδρου. ἀντὶ τοῦ, παλαιότερ@. παροιμία, ἐπὶ τῶν παλαιῶν. ἀπὸ τοῦ βασιλεύσαντ@ Ἀθήνησι Κόδρου. *Antiquior Codro. Proverbium, de rebus vetustis: à Codro, qui Athenis regnavit.* Hesychius. Πρεσβύτερ@ Κόδρου. παροιμία, ἐπὶ τῶν πάνυ παλαιῶν. *Antiquior Codro. Proverbium, de rebus admodum vetustis.* Occurrit etiam apud Suidam, Tarrhæum, Diogenianum, & Apostolium. Ejus filii, plures sanè exstitere: adeoque à Pausania, in Achaicis, memorantur, Medon, Nilus, Androclus, Cyarethus, Damasichthon, Prometheus, Andræmon, Damasus, Naoclus, & Cleopus. A Strabone referuntur, Androclus, Nileus, Andropus, qui Pausaniæ Andræmon; Cydretus, qui Pausaniæ Cyarethus; Nauclus, qui Pausaniæ Naoclus & Cnopus, qui Pausaniæ Cleopus: tum ex his Cydretum, Nauclum, item Cnopum, spurios dicit. Vide eum initio libri XIV. Medon, omnium natu maximus, regnum tenuit: Nileus autem, cæterique, per colonias, abs se ductas, nomen clarum paraverunt. Vide Auctores jam citatos, ac citatis item locis. Denique, Κοδρίδαι Athenis nuncupati, qui ab eo genus ducerent: ut ostendimus libro proprio, qui est, *De Familiis Atticis*.

CAP. XV.

Codro mortuo, reges esse desierunt: principesque constituti, qui in gestæ reip. rationes tenerentur. Horum primus Medon fuit, Codri filius: cui cum movisset litem Nileus frater, ab oraculo constitutus, principatum deinceps habuit. Id oraculum, quale fuerit, explicatum. Homerus, ut nonnulli volunt, à Medonte hospitio exceptus. Quam diu principatum gesserit. Μεδοντίδαι, *ab eo dicti.*

MOrtuo in hunc modum Codro, neminem post eum regem Athenienses voluêre: quod honori ejus

ejus datum. verum principes statuerunt, instar regum, qui perpetui quidem essent, sed administratę reip. rationes populo reddere tenerentur. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑβδομος καὶ δέκατος Κόδρος Μελάνθου ἔτη κά. καὶ οὐκέτι βασιλεῖς, ἄρχοντες δὲ διὰ βίου τοῖς Ἀθηναίοις καθίσταντο. *Atheniensium rex fuit decimusseptimus Codrus, Melanthi filius, annis* XXI. *nec deinceps ulli reges, verum principes perpetui, Atheniensibus constituti.* Vellejus, lib. I. *Eodem fere tempore Athenæ sub regibus esse desierunt: quorum ultimus fuit Codrus.* Iustinus, lib II. *Post Codrum, nemo Athenis regnavit: quod memoriæ ejus tributum est.* Nos, quia regum instar quoddam habuerunt, quasi reges memorabimus: quando alios Auctores idem facere animadvertimus. Itaque in principum numero, primus Medon, Codri filius, uti dixi, natu maximus. Hieronymus, in Chronico. *Post Codrum Principes, quos mors finiebat: quorum primus Medon, regnum in finem vitæ obtinuit Athenis.* Velleius, lib. I. *Hujus (Codri) filius Medon primus Athenis archon fuit.* Movebat ei controversiam frater Nileus, negãs pariturum sese viro alterum pedem claudo: sed consultum super ea re oraculum, cum Medoni regnum patris attribueret, ipse, cæterique fratres, ad colonias deducendas discessere. Refert id Pausanias nobis, in Achaicis Ἔτεσι δὲ οὐ πολλοῖς ὕστερον, Μέδων, καὶ Νειλεὺς, πρεσβύτατοι τῶν Κόδρου παίδων, ἐστασίασαν ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς. καὶ οὐκ ἔφασκεν ὁ Νειλεὺς ἀνέξεσθαι βασιλευόμενος ὑπὸ τοῦ Μέδοντος, ὅτι ὁ Μέδων τὸν ἕτερον ἦν τῶν ποδῶν χωλός. δόξαν δὲ σφίσιν ἀνενεγκεῖν ἐς τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖς, δίδωσι Μέδοντι ἡ Πυθία βασιλείαν τῶν Ἀθηναίων. Οὕτω δὴ ὁ Νειλεὺς, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Κόδρου παίδων, ἐς ἀποικίαν ἀπεστάλησαν. *Non multis post annis, cum Medon, & Nileus, maximi natu Codri filiorum, de regno dissiderent, negaretque Nileus, regnum se Medontis*

ferre

ferre posse, qui altero pede claudus esset: rei cognitione oraculo Delphico permissa, respondit Pythia, regnum Atheniensium Medonti deberi. Itaque Nileus, cæterique Codri filii, in coloniam abiere. Meminit istius fratrum controversiæ, & oraculo diremptæ, Ælianus, Var. Hist. lib. VIII. cap. V. Νειλεὺς ὁ Κόδρου, τῆς βασιλείας ἀμοιρήσας, ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας. διὰ τὸ τὴν Πυθίαν Μέδοντι τὴν ἀρχὴν περιάψαι. *Nileus, Codri filius, postquam regno excidisset, reliquit Athenas: quia Pythia Medonti principatum tribuisset.* Oraculum vero, cujus meminere uterque, hoc præceperat: ut is regnum obtineret, qui sacrificaret prior, ubi saliva salivam tereret. itaque Medon, cum vidisset oleas duas, vento motas, ac collisas inter sese, scobem dantes, factis eo loco sacris, regnum Atticæ est adeptus. Refert id Isacius Tzetzes, Commentario ad Lycophronem. Κόδρου δὲ τελευτήσαντος, Μέδων, καὶ Νειλεὺς, οἱ τούτου παῖδες, ἤριζον περὶ βασιλείας. ἐχρήσθη γοῦν αὐτοῖς, τὸν δὲ πρῶτον θύσαντα, ἔνθα ὁ σίαλος τὸν σίαλον τρίβει, λαβεῖν τὴν βασιλείαν. θεασάμενος οὖν ὁ Μέδων δύο ἐλαίας κινουμένας, καὶ πρίσμα πεμπούσας, θύσας ἐκεῖ, βασιλεύει τῆς Ἀττικῆς. *Mortuo autem Codro, Medon, & Nileus, ejus filii, de regno contendebant. oraculum vero ipsis datum est, qui sacrificasset primus ubi saliva salivam tereret, eum regnum accepturum. Itaque Medon, oleas duas conspicatus, vento agitatas, atque sese atterentes, & hinc scobem emittens, cum sacrificasset illic, regnum Atticæ accepit.* Sub hoc, ut nonnulli tradunt, Homerus Athenas venit: & hospitio ab eodem est exceptus. Auctor libelli De Homeri & Hesiodi certamine. Παραγενόμενον δὲ (τὸν Ὅμηρον) ἐκεῖθεν εἰς Ἀθήνας, αὐτὸν ξενισθῆναι φησὶ παρὰ Μέδοντι τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀθηνῶν. *Profectum autem (Homerum) inde Athenas, à Medonte, Atheniensium rege, hospitio exceptum ferunt.* Herodotus, De Vita Homeri, venisse quidem

eum

eum Athenas etiam tradit, verùm tempus maluit conjiciendum nobis dare, quam exponere. Ἀφ᾽ οὗ δὲ Ὅμηρος ἐγένετο, ἔτεά ἐστιν ἑξακόσια εἴκοσι δύο μέχρι τῆς Ξέρξεω διαβάσεως, ὃν στρατευσάμενος ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον, διέβη ἐκ τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Εὐρώπην. ἀπὸ δὲ τούτου ῥηϊδίως ἐστὶν ἀριθμῆσαι τὸν χρόνον, τῷ ἐθέλοντι ζητεῖν ἐκ τῶν ἀρχόντων Ἀθήνησιν. *Ab Homero autem nato, anni sunt sexcenti viginti duo, ad Xerxis usque in Græciam trajectum: qui, juncto ponte Hellesponto, exercitum ex Asia in Europam traduxit. Inde facile est tempus istud numerare, si quis ex principibus Athenicnsium id investigare volet.* Itaque, si calculum ponimus, & ab illa expeditione Xerxis retro computamus annos sexcentos viginti duos, necesse est, natalem Homeri in Melanthi principatus annum octavum incidisse; fueritque annus ultimus Medontis, ei ætatis duodecimus: veneritque Athenas potius sub Acasti, Medontis filii, principatu. Et huc pertinent Clementis verba, quæ sequenti capite sum prolaturus. Regnum autem Medon tenuit, sive malis principatum, annos viginti. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ὀκτωκαιδέκατος Μέδων, ἔτη εἴκοσι. Hieronymus, quasi novos reges tradens, qui revera principes erant: *Atheniensibus regnavit primus Medon annis viginti.* Marianus Scotus. *Post Codrum principes, quos mors finiebat: quorum primus Medon, Codri filius, annis viginti.* Consentit & Vincentius Bellovacensis, lib. II cap. LIV. *Post Codrum vero fuerunt principes; quorum primus Medon regnum in finem vitæ obtinuit: & post eum cæteri reges. præfuit autem Atheniensibus annis viginti.* Qui ab eo genus ducerent, Μεδοντίδαι, *Medontidæ*, appellati. Hesychius. Μεδοντίδαι, οἱ ἀπὸ Μέδοντος Ἀθήνησι. *Medontidæ, qui Athenis genus suum ad Medontem referebant.* Velleius. *Hujus (Codri) filius*

filius Medon primus Athenis archon fuit. ab hoc posteri apud Atticos dicti Medontidæ. Plura de his libro proprio, *De Familiis Atticæ.*

CAP. XVI.

Medontis posteri. Acastus. Vincentius Bellovacensis, & Gregorius Turonensis, restituti. Hesiodi, & Homeri ætas: Arxippus; sive, Archippus. Thersippus Phorbas. Megacles. Vincentius Bellovacensis iterum correctus: uti etiam Freculphus, atque Marianus Scotus. Diognetus. Pherecles. Vincentius tertiùm emendatus. Ariphron. Thespieus. Vincentius quartùm emendatus. Agamestor. Æschylus: ac sub eo Olympiades institutæ. Alcmæon: & post hunc perpetuorum principum finis. Regni Attici tempus omne computatur: atque reges in conspectu proponuntur. Sicanus, & Epænetus, reges: ac de iis Etymologici Auctoris, & Antigoni Carystii, error ostensus.

NVnc Medontidas, duodecim numero, quorum ut res nullæ sanè, ab ipsis gestę, memorantur, ita etiam vix nomina ad nos sola pervenere, uno hoc capite complectemur. Medonti patri successit filius Acastus, qui male Agastus est Vincentio; & Agasastus Gregorio Turonensi, Hist. Franc. lib. I. cap. XVII: regnavitque annis sex & triginta; testibus, Eusebio, Hieronymo, Mariano, & Vincentio. Meminit ejus Clemens: tanquā sub quo Homerus, & Hesiodus vixerint. Verba ejus ita habent, Strom. I. Εὐθυμένης δὲ, ἐν τοῖς Χρονικοῖς, συνακμάσαντα (τὸν Ὅμηρον) Ἡσιόδῳ ἐπὶ Ἀκάστου ἐν Χίῳ γενέσθαι, περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἔτος ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. *Euthymenes autem, in Chronicis, (dicit, Homerum) Hesiodo coætaneum sub Acasto*

Acasto natum in Chio, circa ducentesimum annum à captivitate Troiæ. Reliquit autem filium Arxippum. Ioannes Tzetzes, in Prolegomenis in Hesiodum. Ὁ δὲ Ἄρξιππος οὗτος, υἱὸς ἦν Ἀκάστου. *Arxippus vero hic, filius erat Acasti* Atque is successit patri, tenuitque principatum annis novendecim; ut Eusebius, Marianus, Hieronymus, & Vincentius, sunt auctores: verùm Tzetzes, is quem dixi, annos ei quinque & triginta tribuit. Συνηκμηκέναι δὲ αὐτὸν (τὸν Ἡσίοδον) οἱ μὲν Ὁμήρῳ φασὶν, οἱ δὲ καὶ Ὁμήρου πρεσγενέστερον εἶναι διϊσχυριζόμενοι, ἐν ἀρχαῖς εἶναι φασὶ τῆς Ἀρξίππου ἀρχῆς· Ὅμηρον δὲ, ἐν τῷ τέλει. ὁ δὲ Ἄρξιππος οὗτος, υἱὸς ἦν Ἀκάστου, ἄρξας Ἀθηναίων ἔτη τριάκοντα πέντε. *Coætaneum autem ipsum (Hesiodum) hi quidem Homero dicunt: illi vero, Homero antiquiorem affirmantes, natum tradunt in principio Arxippi; Homerum autem, in ejus fine. Erat vero Arxippus hic, Acasti filius: qui Atheniensium principatum tenuit annos quinque & triginta.* Meminit illius quoque Tatianus, Orat. Contra Græcos: ubi similiter de Homeri ætate agit. Φιλόχορος δὲ, μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀρξίππου. *Philochorus vero, post Ionicā coloniam, principe Athenis Arxippo.* Porro Archippus, non Arxippus, quod eodem tamen recidit, scribitur apud Hieronymum, Eusebium, Marianum, Vincentium, & Freculphum. Ejus filius Thersippus, ipso mortuo, gessit illum principatum annos quadraginta unum: quem secutus deinde Phorbas, tenuit triginta annos. Meminitque ejus Pausanias, Eliac II. Ταύτην ἡγοῦμαι Μεγαρεῦσι τὴν νίκην Ἀθήνησιν ἄρχοντος γενέσθαι Φόρβαντος, ἄρχοντος δὲ διὰ τοῦ βίου αὐτοῦ παντός. ἐνιαύσιαι γὰρ οὐκ ἦσαν πω τότε Ἀθηναίοις αἱ ἀρχαί. *Hanc arbitror victoriam Megarensibus evenisse principe Athenis Phorbante & principe quidem perpetuo: necdum enim principatus annui Athenis erant.*

erant. Huic Megacles ſucceſſit; qui corruptè eſt Vincentio Megathe, & Megiales Freculpho, Tom. I. lib. III. cap. VI. *Athenienſium rex Phorbas, ejuſque regni ſucceſſor fuit Megiales.* Reſcribendum eſt, *Megacles*, apud utrunque. Etiam apud Marianum; ubi malè Mecades dicitur. Tenuit autem ille regnum annos octo, & viginti. Poſt hunc, Diognetus fuit; annis quinque, & viginti: excepitque illum Pherecles, qui Pheredus minus rectè eſt Vincentio; regnavitque annos novendecim. Hujus filius Ariphron, viginti annos: ejuſq; rurſum, Theſpieus; annos ſeptem, & viginti. Corrupte Theſpicus ſcribitur apud Vincentium. Et in regni quoque annis variatur ab Auctoribus; nam viginti ſeptem tribuunt Hieronymus, Marianus, & Vincentius: alii, etiam quadraginta. quippe ſic Euſebius ſcribit. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν εἰκοστὸς ἕβδομος Θεσπιεὺς Ἀρίφρονος ἔτη κζ΄. κατὰ δὲ ἄλλους, ἔτη μ΄. *Apud Athenienſes regnavit viceſimus ſeptimus Theſpieus, Ariphronis filius, annos* XXVII: *vel, ſecundum alios, annos* XL. Sic de filio quoque ejus Agameſtore, ſucceſſore. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν εἰκοστὸς ὄγδοος Ἀγαμήστωρ ἔτη ιζ΄. κατὰ δὲ ἄλλους, ἔτη μ΄. *Apud Athenienſes regnavit viceſimus octavus Agameſtor, annis* XVII: *vel, ut alii tradunt, annis* XL. At viginti tantum adſcribunt Hieronymus, Marianus, & Vincentius. Hujus filius, Æſchylus, regnavit annos viginti tres. Chronicon Alexandrinum. Αἰσχύλος ὁ Ἀγαμήστορος ἦρξε τῶν Ἀθηναίων ἔτη κγ΄. *Æſchylus, Agameſtoris filius, regnavit apud Athenienſes annis* XXIII. Ac conſentiunt, Euſebius, Hieronymus, Marianus, & Vincentius. Ejuſque anno tertio inſtituta Olympias prima. Euſebius. Αἰσχύλου τῷ δευτέρῳ ἔτει πληρουμένῳ, τῷ τρίτῳ αὐτοῦ ἔτει, ὃς ἦν εἰκοστὸς ἔννατος βασιλεὺς Ἀθηναίων, ἀπὸ τοῦ πρώτου αὐτῶν Κέκροπος τοῦ Διφυέος, δωδέκατος δὲ τῶν διὰ βίου ἀρχόντων, ἢ πρώ-

ἡ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἤχθη. *Anno Æschyli secundo impleto, tertio jam vertente, qui erat rex Athenienſium viceſimus nonus, à primo Cecrope, Diphye cognominato, duodecimus vero principum perpetuorum, prima Olympias acta fuit*. Poſt Æſchylum, triceſimus, atque idem ultimus, rex Alcmæon, præfuit annis duobus: eoque è vivis ſublato, principes tantum in decennium conſtituti. Velleius de eo, lib. I. *Athenis perpetui archontes eſſe deſierunt, cum fuiſſet ultimus Alcmæon*. Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τελευταῖος Ἀλκμαίων ἔτη δύο. ἐπὶ τούτου Ἀθήνησιν ἡ διὰ βίου κατελύθη ἀρχή. *Athenienſium rex triceſimus per biennium fuit Alcmæon: ſub eoque perpetuus principatus deſiit*. Hieronymus idem tradit: aliique item ex eo. Malè hic Alcamenon Vincentio dicitur.

Et ſic habes, Bone Lector, regnum Atticum: quod ſub regibus triginta ſerie continuatâ perduravit ſeptingentis nonaginta quatuor annis. quibus ſi triginta duos Ogygi addas, & annorum deinde centum nonaginta intervallum, mille ſedecim numerabis. Ecce tibi in conſpectu.

Ogygus,	annos	XXXII.
Interregnum, poſt diluvium,	annos	CXC.
Cerops I.	ann.	L.
Cranaus,	ann.	IX.
Amphictyon,	ann.	X.
Erichthonius,	ann.	L.
Pandion I,	ann.	XL.
Erechtheus,	ann.	L.
Cecrops II,	ann.	XL.
Pandion II,	ann.	XXV.
Ægeus,	ann.	XLVIII.
Theſeus,	ann.	XXX.

 Mene-

Meneſtheus,	ann. XXIII.
Demophon,	ann. XXXIII.
Oxyntes,	ann. XII.
Aphidas,	ann. I.
Thymætes,	ann. VIII
Melanthus,	ann. XXXVII.
Codrus,	ann. XXI.
Medon,	ann. XX.
Acaſtus,	ann. XXXVI.
Archippus,	ann. XIX.
Therſippus,	ann. XLI.
Phorbas,	ann. XXX.
Megacles,	ann. XXVIII.
Diognetus,	ann. XXV.
Pherecles,	ann. XIX.
Ariphron,	ann. XX.
Theſpieus,	ann. XXVII.
Agameſtor,	ann. XVII.
Æſchylus,	ann. XXIII.
Alcmæon,	ann. II.

Habes annos univerſim cIↃ XVI. Ac nunc Operis propoſiti argumento à me ſatisfactũ puto: nec tu, Lector, quiſquis candidus, aliter exiſtimabis. Quod ſi fallor, ſaltem id favore tuo non indignum, Atticæ Hiſtoriæ partem remotiſſimam, ac denſiſſimis quodammodo tenebris Antiquitatis involutam, eruiſſe, & in lucem protuliſſe. Iſtud tamen in hoc fine minimè prætereundum, etiam Sicanum quendam regem dici, ab Auctore Etymologici, in Σίκινος; & Epænetum, ab Antigono Caryſtio, Hiſt. Mirab. cap. CXXXIII: idque Olympiade triceſima ſexta, cum jam dudum reges eſſe deſiiſſent. Sed eſt error utriuſque manifeſtus.

FINIS.

RERVM, ET VERBORVM, Index.

Numerus Romanus, librum;
Barbarus, caput significat.

A.

Ægy-

Κόδρ@,

D.

Fanum

F.

G.

H.

N.

O.

P.

 rei

Q.

R.

V.

Vini

X.

Z.

AVCTORES,

Qui hîc citantur.

A.

Abbas Vrſpergenſis.
Aceſodorus.
Achilles Tatius.
Ado.
Ælianus.
Æneas Gazæus.
Æſchinês.
Æſchylus.
Africanus.
Albertus, Abbas Stadenſis.
Alcidamas.
Alciphron.
Ammianus.
Anacreon.
Antigonus Caryſtius.
Antiphon.
Antoninus Imperator.
Antoninus Liberalis.
Apollodorus.
Apollonius Rhodius.
Apoſtolius.
Appendix Vaticana Proverbiorum.
Apuleius.
Archelaus.
Ariſtides.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Arrianus.
Artemidorus.
Athanaſius.
Athenæus.
Athenagoras.
Auctor De Hom. & Heſ. Certamine.
Auguſtinus.
Avienus.
Aulus Gellius.
Aulus Sabinus.
Aurelius Victor.
Auſonius.

C.

Callimachus.
Caſſiodorus.
Caſtor.
Catullus.
Cedrenus.
Cenſorinus.
Chronicon Alexandrinum.
Cicero.
Claudianus.
Clemens.
Columella.
Coluthus.
Conon.
Cornelius Severus.
Cornutus.
Cyrillus.

D.

Dares.
Demarathus.

Deme-

Lucillus Tarrhæus.
Lucretius.
Lutatius.
Lycophron.
Lycurgus.

M.

MAcrobius.
Manilius.
Marcellinus.
Marcianus.
Marianus Scotus.
Martialis.
Mela.
Menander Rhetor.
Moschopulus.

N.

NIcander.
Nicephorus Gregoras.
Nicetas.
Nonnus Monachus.
Nonnus Poëta.

O.

OPpianus.
Origenes.
Orosius.
Orpheus.
Otho Frisingensis.
Ovidius.

P.

PAlæphatus.
Palladius.
Paullus Diaconus.
Pausanias.
Persius.
Petronius.
Petrus Comestor.
Pherecydus.
Philo.
Philoponus.
Philostratus.
Photius.
Phurnutus.
Pindarus.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Pollux.
Polyænus.
Polybius.
Porphyrius.
Priscianus.
Proclus.
Procopius Sophista.
Propertius.

Q.

QVintus Smyrnæus.

S.

SCholiastes Æschyli.
Schol. Apollonii.
Schol. Aristophanis.
Schol. Callimachi.
Schol Euripidis.
Schol. Hesiodi.
Schol. Homeri.

Schol.

Schol. Nicandri.
Schol. Pindari.
Sedulius.
Seneca Philosophus.
Seneca Rhetor.
Seneca Tragicus.
Servius.
Sextus Empiricus.
Silius.
Solinus.
Sophocles.
Statius.
Stephanus.
Strabo.
Suidas.
Synesius.
Syrianus.

T.

TAtianus.
Tertullianus.
Themistius.
Theodoretus.
Theon.
Theophilus.
Theophrastus.
Thucydides.
Tibullus.
Tryphiodorus.

V.

VAlerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Varro.
Vincentius Bellovacensis.
Virgilius.
Vitruvius.
Vlpianus Rhetor.

X.

XEnophon.

Z.

Zenobius.

AVCTORES,

Qui hîc illuſtrantur, emendantur, aut errare oſtenduntur.

Numerus Romanus, librum;
Barbarus, caput ſignificat.

Lucas

F I N I S.